This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gt
55
597

9t55.597

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND.

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." (Will, dated 1880.)

Received 21 Sept., 1888.

THUCYDIDIS HISTORIARUM MEMORIA

QUAE PROSTAT APUD

ARISTIDEM, ARISTIDIS SCHOLIASTAS,
HERMOGENEM, HERMOGENIS SCHOLIASTAS,
ARISTOPHANIS SCHOLIASTAS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
GOTTINGENSI IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FERDINANDUS SCHROEDER
CLEVENSIS.

GOTTINGAE
TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA HUTHIANA
MDCCCLXXXVII.

Gt 55. 597

HARVARD COLLEGE
SEP 21 1888
LIBRARY.

Constantius Fund.

UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

PIO GRATOQUE ANIMO.

Adolfus Kirchhoff, cum demonstraverit (Herm. XII.) Thucydidis codices foedissimis interpolationibus esse inquinatos, nec sperare liceat, fore, ut fortuna meliorem nobis praebeat codicem — nam etiam ex Thucydidis pervetusti papyri laciniis, quae nuper innotuerunt (Wien. Studd. VII, 116), nihil quod commemoratione dignum sit lucramur, — nostrum est videre, num ipsi codicem meliorem quasi restituere possimus, ita, ut collectis omnibus testimoniis, quibus verba Thucydidea traduntur, quam diligentissime investigemus, ecquid ex iis lucrari possimus ad nostros codices emendandos. Quod quam necessarium sit, cum olim Duker et Poppo intellexerunt, tum nuper A. Schoene hoc munere functus est, qui in editione Thucydidis libri I. et II. (Berol. 1874) praeter codicum varias lectiones nonnulla eiusmodi testimonia adnotavit. Deinde B. Niese (Herm. XIV.) collatis Stephani Byzantii testimoniis pauca emendavit et luculenter demonstravit: „dass noch Stephanus von Byzanz in der ersten Hälfte des 6. Jahrhunderts einen Text hatte, der von manchen Einflüssen der Diaskeuase frei war". Similiter Sadée (dissertt. Argentoratt. 1879 vol. II.) ex Dionysii Halicarnassensis testimoniis plus semel veram Thucydidis scripturam restituisse sibi videtur. Ernestus denique Schwabe promisit (Leipz. Studd. 4.), se ex Thucydidis scholiis quid possit profici ad textum melius constituendum, demonstraturum esse, quod promissum num iam praestiterit compertum non habeo. — Quorum exemplis adductus et ipse conatus sum, num quid ad haec studia promovenda possem conferre, itaque collegi testimonia Thucydidea ex Aelii Aristidis duabus orationibus (or. panath. et de IV viris), scholiis ad has orationes, scholiis ad Aristophanis comoedias, Hermogenis rhetoricis, scholiis ad Hermogenis rhetorica [1]).

---

[1]) Quorum scriptorum testimonia (praeter Hermogenis scholiastae) iam *Schoenius* adnotavit, pauca quae omisit asterisco (*) notavi.

Quos inter scriptores Aristides et Aristidis Aristophanisque scholiastae persaepe in universum tantum Thucydidis verborum sententiam reddunt, seu quia in ipsis verbis referendis memoria eos fallebat, seu quia de consilio Thucydidis verba mutabant: curabant enim plerumque res tantum a Thucydide narratas. Eiusmodi autem loci, quamvis historicis fortasse sint momenti, ad rem nostram plerumque nihil valent, quamquam non desunt, ex quibus Thucydidis verba emendari posse videantur. Multo autem pluris aestimandi sunt loci totidem verbis redditi, quales apud Hermogenem eiusque scholiastas invenimus.

Quos locos e Thucydide excriptos si obiter perlustramus, statim cognoscimus, primum, minime aequaliter ex octo Thucydidis libris exscriptos esse locos, sed eorum longe plurimos esse libri primi, nonnullos quoque ex libro altero, perpaucos ex ceteris. Quae res sane mirabilis luculenter docet, tum cum illi grammatici et rhetores commentaria sua componerent, primum Thucydidis librum pluris aestimatum magisque lectitatum fuisse, quam ceteros. Omnino enim et librorum initia frequentius legi solent, et hominibus illorum temporum praefatio illa atque adumbratio de rebus a Graecis antiquitus gestis, quae vocatur archaeologia, et digressiones de pentecontaëtia, de Pausania, Themistocle, Cylone multo magis placuisse videntur quam singulae in bello ipso res gestae [1]). — Neque aliter apud alios scriptores, qui Thucydidem aut exscripserunt, aut imitantur, res sese habere videtur. Velut Procopii Caesariensis imitationes Thucydideae demonstrant, eum prae ceteris primum Thucydidis librum legisse, libros subsequentes multo minus, postremos fere neglexisse [2]). Sine dubio igitur illis temporibus priores Thucydidis libri tanti aestimabantur, ut, cum ceteri fere neglecti iacerent, ipsi iterum iterumque legerentur.

Deinde commemoratione dignum est, ex illis locis eos, qui a rhetoribus traduntur (Hermogenem inprimis dico eiusque

---

[1]) Quod vero etiam Aristophanis scholiastae ex posterioribus Thucydidis libris fere nullos exhibent locos exscriptos simplicius inde explicatur, quod Aristophanis comoediae a. 420—414 actae non sunt servatae, scholia autem ad Lysistratam et Thesmophoriazusas hodie multo exiliora sunt quam ceterarum, et ob id ipsum perpauca tantum ex aliis scriptoribus exscripta continent.

[2]) Cfr. H. Braun, Acta sem. Erl. 1886. 4 (Procopius Caesariensis quatenus imitatus sit Thucydidem) p. 164.

scholiastas), fere omnes ex orationibus Thucydidis exscriptos esse. In universum enim pluris aestimabant illorum temporum homines veterum scriptorum orationes, quam res narratas, id quod e. g. ex Stobaeo cognoscitur, qui item ex orationibus tantum Thucydidis exscripsit sententias; praeterea notum est exstare totum Thucydidis codicem (M. Baroccianum apud Bekkerum ed. mai. I p. V), qui, haud aliter atque Sallustii codex Vaticanus, orationes tantum Thucydidis historiarum exhibet. —

Jam si omnino aliquid lucrari studemus ex illis locis, in primis monendum est hoc, ne nimiam huic rhetorum memoriae fidem habeamus; itaque primum hoc quaerendum est, num illi in describendo diligenter egerint necne, deinde quales eorum codices fuerint. Atque de scholiastarum Aristidis et Aristophanis codicibus quidquam enucleare mihi non contigit, certe cum Bekkeri codicum cognati fuisse videntur nullo, neque puto, omnino certi quidquam de hac re affirmari posse, quoniam neque quot Aristidis Aristophanisque sint scholiastae, nec quasnam singuli conscripserint adnotationes discernere possimus. Sed multa apud eos sunt vitia librariorum erroribus orta, nonnulla etiam Thucydidi tribuuntur, quae frustra apud eum requiras. Velut adnotat schol. (ad Aristid. Panath. 164 verba: *ἀθρόας δὲ τῆς δυνάμεως ἤ τις ἢ οὐδεὶς ἐπειράθη*) III, 249, 7 Dind. haec: *ἤ τις ἢ οὐδείς*] *τὸ Θουκυδίδειον· οὐδείς, φησὶν, ἐπειράθη τῆς πόλεως ἢ μόνος εἷς, τουτέστιν ὁ Ξέρξης.* Verba *τὸ Θουκυδίδειον* respiciunt sine dubio ad *ἤ τις ἢ οὐδείς*, sed hanc formulam apud Thucydidem invenire mihi non contigit [1]). Non aliter res se habere mihi videbatur: III, 59, 27 Dind. p. 24, 183 B Fro. (ad Aristid. Panath. 106, 14) *χαρίεν καὶ κοῦφον*] *ἐχρήσατο δὲ καὶ Θουκυδίδης τῇ λέξει* sed Wilamowitzius [2]) recte me monuit respicere hoc scholion ad Th. II, 51 (162, 29). — Schol. Aristid. III, 605, 25 Dind. p. 243, 314 B Fro. commemorat *τὴν ἀπὸ Δηλίου Σωκράτους φυγὴν ἥντινα ἔγνωμεν (εἴπομεν) ἐν τῷ δ' Θουκυδίδου.* Quibus verbis schol. dicere non

[1]) Debebat scribi *Ἡροδότειον* (III, 130) ut Wilamowitzius me docuit. —

[2]) idem mihi suppeditavit amplius scholion ineditum ex cod Marc. *ἐχρήσατο καὶ Θουκυδίδης τῇ λέξει ἐν τῇ δευτέρᾳ· ἔστι δὲ ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτό· εἶπε δὲ καὶ ὄπισθεν* (i. e. supra, locum ego non] inveni) *τὴν λέξιν.* —

vult Thucydidem Socratis fugam commemoravisse sed, ut me docuit Wilamowitzius, respicit ad commentarium suum ad Thuc. lib. IV. et dicit se in illo commentario illam fugam commemoravisse. Idem commentarium etiam in scholio inedito ad p. 607, 30 Dind. commemorat, cfr. infra testt. ad II, 94. Eiusdem scholiastae error dilucide perspicitur III, 518, 9 Dind. p. 193, 252 C Fro.: *Δημοσθενικὴ δὲ ἡ λέξις, εἴρηται δὲ ἐν Φιλιππικοῖς· νῦν δὲ ὅπερ καὶ ἄρτι ἐδηλώσαμεν ἀρχαιότροπα ὑμῶν τὰ ἐπιτηδεύματα*, quae verba frustra apud Demosthenem requiras, sunt enim Thucydidis I, 71 (56, 4). Erravit igitur aperte scholiasta in nomine, unde factum videtur, ut Schoenius hunc locum in adnotationem suam non reciperet.

Aristidis codex Thucydideus proxime accessisse videtur ad G. Nostri enim codices ubi inter se discrepant, Aristides facit cum G contra ceteros bis (142, 12 — 146, 26), cum CG contra ceteros semel (124, 24), cum BCEFG contra A semel (141, 3). Quater igitur facit cum G, bis cum C, semel cum BEF. Proxime igitur codex Aristidis ad G accessisse videtur. Ceterum quamquam Thucydidem suum bene novit, tamen interdum quoque errat in referendis rebus a Thucydide narratis. Velut II, 142 affirmat Periclem classis C navium praefectum fuisse, cum Thucydides II, 31 expressis verbis dicat, eum illis temporibus praefuisse peditibus. Qua tamen in re non differt Aristides ab aliis illorum temporum historicis, qui vulgo credunt, in bello pelop. Periclem ipsum classis fuisse praefectum, cfr. Diod. XII. 45, 3 Plut. Per. c. 35. Ubi Aristides verbum exscripsit ex verbo admittit vitia quoque aliena a cod. G ita ut videatur libro usus esse et scripto neglegenter et interpolato. Cfr. Aristid. II, 65 (Thuk. II, 65).

Hermogenis codex multum a nostris codicibus abhorruisse videtur (si quidem eius variae lectiones in nullo eorum inveniuntur), quamquam ex brevibus locis, quos commemorat, certi nihil affirmare audeo. Ceterum neque a librariorum vitiis, neque a grammaticorum corruptelis vacat.

Quod ad Hermogenis scholiastas, de codicibus Thucydideis Syriani, Marcellini, Georgii Diaeretae, Joannis Siceliotae, Anonymorum fere idem valet, quod de Hermogene, nisi quod Syrianus longe diligentissime horum scholiastarum ex Thucydide locos exscripsisse mihi videtur.

Sopater fere semper lectionem praebet alienam a Bekkeri

codicibus, semel tantum cum CE (55, 7) et CG (137, 6) contra ceteros facit.

Maximus Planudes bis cum CG facit contra ceteros (122, 17 et 23). Quibus ex locis de codicibus Sopatri et Maximi certi nihil concludi posse apparet. Praeterea commemorandum est, Maximum non ex ipso Thucydide descripsisse. Thucydidis enim verba, quae sunt I, 122 (85, 4) plane iisdem verbis redduntur in Anonymi prolegomenis ad Hermogenis status et apud Maximum Planudem, item accurate consentit Maximus cum eodem Anonymo paucis verbis post (VII, 13. 21 = Th. II, 62). Jam quaeritur uter utrum exscripserit. Walz in argumento vol. V haec dicit: „Fontes, ex quibus Planudes scholia sua hausit, investigari in libro *περὶ στάσεων* raro mihi contigit, fortasse in his aliquid ex propria penu dedit: sed scholia ad libros *περὶ εὑρέσεων*, *περὶ ἰδεῶν* et *περὶ μεθόδου δεινότητος* fere omnia ex anonymi commentario excerpta sunt". Ergo si Maximus illum anonymum qui *περὶ εὑρέσεων* cet. scripsit tam accurate excripsit, cum alio anonymo, qui *περὶ στάσεων* scripsit ita consentit, ut alter alterum descripserit oporteat, quid verisimilius, quam duos illos anonymos re vera unum hominem esse, quem Maximus et *περὶ εὑρέσεων* cet. et *περὶ στάσεων* exscripserit? — Etiam ex Joanne Siceliota locos Thucydideos descripsisse videtur Maximus, primum I, 6

Joh. Sic.	Max. Plan.
ἁβροὶ γὰρ τὸ παλαιὸν οἱ Ἴωνες, ὡς καὶ Θουκυδίδης ἐν τῇ πρώτῃ· „καὶ οἱ . . ."	*ἁβρότεροι γὰρ ἐξ ἀρχαίου οἱ Ἴωνες, ὡς καὶ Θουκυδίδης ἐν τῇ πρώτῃ· „καὶ οἱ . . .".*

nisi forte ambo hauserunt ex tertio aliquo scriptore, id quod etiam de II, 60 verisimilius est

Joannes	Maximus	Thucydides
εἰ γὰρ διανοηθείς τι καὶ μὴ φράσας σαφῶς ἐν ἴσῳ ἐστὶν ὡς εἰ καὶ μὴ ἐπενοήθη.	*ὁ γὰρ διανοηθείς τι καὶ μὴ φράσας σαφῶς ἐν ἴσῳ εἰ καὶ μὴ ἐνεθυμήθη.*	*ὅ τε γὰρ γνοὺς καὶ μὴ σαφῶς διδάξας ἐν ἴσῳ καὶ εἰ μὴ ἐνεθυμήθη.*

Quod si est, iam scimus, Maximum cum locos refert Thucydideos non ipsum Thucydidem inspexisse, sed locum ita tantum reddere, ut apud alium grammaticum invenit. —

Gregorius Corinthius plurimos quidem locos Thucydideos refert, sed primum ex pessimo codice exscriptos. Ubi enim

nostri codices inter se discrepant, Gregorius facit bis cum B 25, 21 — 45, 12, ter cum C et E 45, 32 — 122,30 — 19,30 — 25, 21 — 45,12 — 19, 30, quater cum A et G 19,34 — 45, 8 — 45, 12 — 19, 30 — 16, 2 — 122, 30 — 25, 21 — 19, 30, sexies cum F 29, 19 — 44, 29 — 16, 2 — 45, 8 — 45, 12 — 19, 30. Cognatus igitur fuisse videtur Gregorii codex cum nostro F. — Deinde vero ex hoc pessimo codice neglegentissime descripsit Gregorius. Quae neglegentia etiam tum apparet, cum recte Thucydidis verba descripsit. Velut (VII, 1144, 27) exscripsit Thuc. I, 6 *ἐσιδηροφόρει — ἀσφαλεῖς*, si accuratius Thucydidem legisset, verba *καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς* cognovisset non ad *οἰκήσεις*, sed ad ea pertinere, quae secuntur. Confundit nomina propria, velut (VII, 1246, 8 = Th. I, 50) *Ἀθηναίους* pro *Κορινθίους* ponit, glossemata in textum recipit, semel etiam complura scholii verba in textu inveniuntur (VII, 1265, 20 = Th. I, 32). Ex ceteris librariorum vitiis, quae permulta apud eum inveniuntur, imprimis ea sunt commemoranda, quae mala pronuntiatione librarii orta videntur, velut immutantur *αι*, *ε*, *ει*, *ι*, *η*, *υ*. Postremo etiam interpolavit Gregorius, id quod e. g. I, 29 (32, 26) cognoscitur. Ibi praeter unum omissum *τε*, quod etiam Hermogenes ipse hoc loco (II, 427, 19) omittit, Gregorius nostrorum codicum exhibet verba, nisi quod pro *αὐτοῖς* scripsit *Κορινθίοις*, sine dubio quia lectorum interesse putavit scire, quinam essent illi *αὐτοί*. Haud aliter I, 32 (34, 11) res se habet, ubi Gregorius pro *πέλας* scribit *Ἀθηναίους*. —

Haec in universum praemonenda videbantur. Jam rem meam sic instituere mihi est in animo, ut praemissis omnibus testimoniis ad eos locos transeam accuratius tractandos, qui a nostris codicibus abhorrent, quibusque quid scribendum sit aliquo modo dubium possit videri. Numeri autem sunt adscripti locis Thucydideis: editionis Bekk. min. Hermogenis locis: ed. Rhet. graec. Spengel. Hermogenis scholiastarum: ed. Rhet. graec. Walz. Aristidis: ed. Dind. Aristidis scholiastarum: ed. Frommel. et Dind., exceptis iis locis, qui apud Frommelium solum inveniuntur. Praeterea nonnulla scholl. inedita cod. Marc. benigne mecum communicavit Wilamowitzius. Aristophanis scholl: ed. Duebner. ratione habita novarum collationum cod. Ravennatis et Veneti ad pacem, quas ediderunt Martin: les scolies de manuscrit d'Aristophane à Ravenne.

Bibl. des écoles franç. 27 Par. 1882; et Holzinger: Beiträge zur Kenntniss der Venetusscholien (Wiener Studd. Bd. V. 205—223). —

I. 1. Testimonia: 16, 1 *Θουκυδίδης* — *Ἀθηναίων* (2) Anon. ad Hermog. (III, 707, 1) sch. Ar. pax 212 || 16,8 *κίνησις* — *δὴ* schol. Ar. Ach. 1 || 16,10 *τὰ γὰρ* — *ἄλλα* (15) Greg. Cor. ad Hermog. (VII, 1143, 19) || 16, 12 *ἐκ δὲ* — *ξυμβαίνει* (13) Hermog. (II, 428, 18). ||

Notae criticae: 16, 1 *Ἀθηναῖος* om. schol. Ar. || *τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων*] *τῶν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων* Anon. ad Herm. || 16, 8 *μεγίστη δὴ*] *δὴ μεγίστη* schol. Ar. Ach. || 16, 11 *καὶ ἔτι* Greg. Cor. || *μὲν εὑρεῖν*] *εὑρεῖν μέν* Greg. Cor. || 16, 12 *ἀδύνατον* Greg. Cor. || 16, 13 *πιστεῦσαι* om. Greg. Cor. || 16, 14 *εἰς* Greg. Cor. ||

2. Testt. 16, 16 ad *μεταναστήσεις* cfr. Aristid. schol. III, 43, 26 Dind. || 16, 18 *βιαζόμενοι* — *πλειόνων* schol. Aristid. III, 43, 34 Dind. p. 19 176 C Fro. || 16, 25 *οὔτε* — *αὐξηθῆναι* (17, 10) Greg. Cor. VII, 1144, 6 || 17, 2 *Πελοποννήσου* — *Ἀρκαδίας* Syrian. IV, 66, 1 || 17, 7 ad *λεπτόγεων* cfr. Aristid. schol. ined. Marcianum III, 38, 12 Dind. *λεπτόγεων γὰρ αὐτὴν οἶδε καὶ ὁ Θουκ. καὶ ὁ κωμικός.* || 17, 8 *καὶ* — *αὐξηθῆναι* (10) Hermog. II, 428, 24. ||

Nott. 16, 26 *Ἴσχυον θαρρεῖν οὔτε* Greg. Cor. || 17, 6 *ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον* om. Greg. || 17, 7 *οὖσαν ἀστασίαστον* Greg. || 17, 9 *ἔστι τὸ διὰ* Greg. || *τῆς μετοικίας* Hermog. || *εἰς* Greg. ||

4. Nott. 18, 2 *Μίνως* — *ἐκτήσατο* schol. ined. Marc. ad schol. Aristid. III, 490, 19 ante Alcmanis mentionem. || 18, 7 *τὴν ἐπικειμένην ἐκάθηρε θάλατταν* Aristid. I, 112 *ἐκάθηρε τοῦ λῃστικοῦ* schol. Aristid. p. 38, 194 A Fro. ||

5. Testt. 18, 24 *καὶ μέχρι* — *Ἀκαρνᾶνας* (27) Greg. Cor. VII, 1145, 18 ||

Nott. 18, 25 *τοῦδε*] *τοῦ νῦν* Greg. Cor. || *πολλὰ* — *νέμεται*] *πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων νέμονται οὕτω* Greg. || 18, 26 *περὶ*] *παρά* Greg. ||

6. Testt. 18, 29 *πᾶσα* — *ἀσφαλεῖς* (30) Greg. Cor. VII, 1144, 27 || 18, 32 *σημεῖον* — *νεμόμενα* (33) Hermog. II, 428, 21 || 19, 1 *καὶ οἱ* — *τριχῶν* (5) Joa. Sic. VI, 241, 21 (Maxim. Planud. V, 493, 2) schol. Ar. nub. 984. ||

Nott. 18, 29 *πᾶσα* — *ἐσιδηροφόρει*] *ἐσιδηροφόρει πᾶσα ἡ Ἑλλάς* Greg. || 18, 30 *τε* om. Greg. || 18, 33 *νεμόμεναι γιγνό-*

μενα Hermog. deinde insert ex cap. 5. verba *περί τε Λοκρούς — Ἰκαρνᾶνας* || 19, 1 *αὐτοῖς*] *αὐτῶν* Joa. Sic. || 19, 2 *διὰ τὸ ἀβροδίαιτον* omm. schol. Ar. Nub — Joa. Sic. (Max. Planud.) || 19, 4 *κρωβύλῳ συναναδούμενοι* Joa. Sic. || *κρωβύλων* schol. Ar. ‖

8. Testt. 19, 28 *Λῃσταὶ — ἅπτουσι* (20, 1) Greg. VII, 1145, 7 || 19, 30 *μαρτύριον — Ἀθηναίων* (31) Hermog. II, 428, 20. ‖

Nott. 19, 30 *ᾧκησαν* Greg. || 19, 34 *συντεθαμμένοι* Greg. *συντεθαμμένων* Greg. cod. Mon. ‖

9. Testt. 20, 12 *Ἀγαμέμνων — προύχων* (13) Hermog. II, 294, 1 || 20, 15 *λέγουσι — σχεῖν* (20) Greg. VII, 1314, 8 || *λέγουσι — δεδεγμένοι* (16) Hermog. II, 449, 11.

Nott. 20, 16 *προτέρων* Greg. *πρότερον* Greg. cod. Mon. || 20, 17 *χρημάτων πλήθει* Greg. || 20, 18 *ἐς*] *ἐπ'* Greg. ‖

10. Testt. 21, 24 *νομίζειν — τέλει* (22, 1) Greg. VII, 1232, 11. ‖

Nott. 21, 24 *νομίζω* Greg. || 21, 26 *αὖ* om. Greg. || 21, 33 *ἦσαν* om. Greg. ‖

11. Testt. 22, 7 *αἴτιον — ἦγαγον* (9) Hermog. II, 437, 11 || 22, 19 *τὸν πόλεμον διέφερον* schol. Aristid. III, 8, 4 Dind. p. 4, 162 C Fro. III, 136, 31 Dind. ‖

Nott. 22, 8 *τοσοῦτον* om. Hermog. || 22, 19 *διέφερον τὸν πόλεμον* schol. Aristid. p. 4, 162 C Fro. ‖

12. Testt. 23, 4 *Δωριῆς — ἔσχον* (5) schol. Aristid. III, 72, 26 III, 653, 5 Dind. p. 29, 188 C Fro. cf. p. 479, 29 Dind. ‖

Nott. 23, 4 *Δωριεῖς τῷ ὀγδοηκοστῷ* schol. Aristid. Fro. *Δωριεῖς τῷ τριακοσιοστῷ* Dind. *τε — ἔτει* om. schol. III, 653, 5 Dind. ‖

13. Testt. 24, 11 *Φωκαῆς — οἰκίζοντες* schol. Aristid. III, 92, 15 Dind. p. 38, 195 D Fro. ‖

17. Testt. 25, 16 *τύραννοι — εἶναι* (25) Greg. VII, 1249, 23. ‖

Nott. 25, 18 *εἰς τὸ τὸ σῶμα καὶ τὸν ἴδιον* Greg. || 25, 19 *ἀσφάλειαν* Greg. || 25, 20 *ἐπράχθη δὲ* Greg. || 25, 21 *εἰ μή τι* Greg. || *αὐτῶν ἑκάστους* Greg. || 25, 24 *πόλεις δὲ* Greg. ‖

18. Testt. 25, 26 *ἐπειδή — καθίστασαν* (26, 4) Greg. VII, 1249, 23 || 25, 26 *ἐπειδή — κατάλυσιν* (26, 5) Hermog. II, 438, 20 // 26, 4 *μετὰ — ἐγένετο* (7) Greg. Cor. VII, 1250

adn. 37 || 26, 26 *μετὰ — ποιούμενοι* (27) schol. Aristid. III, 240, 15 Dind. p. 79, 280 D Fro. ‖

Nott. 25, 26 *τε*] *τῶν* Greg. || 25, 30 *αὐτὴν*] *αὐτῇ* Greg. *ἐν αὐτῇ* Hermog. || 25, 31 *ὧν ἴσμεν* om. Hermog. || 26, 1 *καὶ ὀλίγῳ πλείω ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου* om. Hermog. || 26, 2 *ἀφ' οὗ*] *ἃ* Hermog. ‖

23. 29, 4 *τὰς — ἅλωσιν* (5) schol. Aristid. III, 226, 27 Dind. p. 76, 274 A. ‖

Nott. 29, 4 *αἳ αὐτοῖς ἐγένοντο*] *ἃς ἐποίησαν* schol. Aristid. ‖

24. Testt. 29, 19 *ξυνῴκισαν — φθειρομένους* (31) Greg. VII, 1340, 21. || 29, 22 *στασιάσαντες — ἐφθάρησαν* (24) Hermog. II, 454, 31. ‖

Nott. 29, 19 *ξυνῴκησαν* Greg. || 29, 22 *ἐν ἀλλήλοις* om. Hermog. || 29, 25 *τὰ δὲ τελευταῖα* om. Greg. cod. Vind. || 29, 28 *καὶ θάλατταν* Greg. cod. Vind. ‖

27. Testt. 31, 30 *Ἠλείους — χρήματα* Hermog. II, 194, 3 ‖

Nott. 31, 30 *Ἠλείους δὲ ναῦς ᾔτησαν κενὰς καὶ χρήματα* Hermog. ‖

29. Testt. 32, 26 *ἐπειδὴ — ἐπισκευάσαντες* (32) Greg. VII, 1124, 4 || 32, 31 *ζεύξαντες — παλαιὰς* Hermog. II, 479, 9 || 33, 1 *καὶ — πολὺ* (2) schol. Ar. Plut. 445. ‖

Nott. 32, 29 *προὔπεμψαν τοῖς Κορινθίοις ἐν* Greg. || 32, 31 *τε* om. Greg. || *ζεύξαντες τὰς παλαιὰς ναῦς* Hermog. || 33, 1 *οἱ* om. schol. Ar. Plut. ‖

32. Testt. 34, 10 *δίκαιον — ἀτυχῶσι* (16) Greg. VII, 1265, 20 || 34, 10 *δίκαιον — ἀναδιδάξαι* (13) Georg. Diaereta VI, 514, 1 || 34, 10 *δίκαιον — πέλας* (11) Anon. ad Hermog. VII, 974, 9 || 34, 21 *ξύμμαχοι — φαινομένη* (27) Syrian. IV, 115, 33 (cfr. IV, 116, 6). ‖

Nott. 34, 10 *Δίκαιον ἃ ἄνδρες ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* Georg. Diaer. || *μεγάλης μήτε ξυμμαχίας*] *μήτε ξυμμαχίας μεγάλης* Georg. Diaer. || 34, 11 *προοφειλομένης* Georg. Diaer. — Greg. Cor. || *παρὰ*] *πρὸς* Anon. ad Hermog. || *πέλας*] *Ἀθηναίους* Greg. deinde inserit verba haec: *λέγειν οὐ τῷ τρόπῳ ἀλλὰ τῇ γνώμῃ* || 34, 13 *πρῶτον*] *πρῶτα* Greg. || 34, 15 *βεβαίαν* Greg. || *εἰ δὲ μὴ τούτων μηδέν* Greg. || 34, 16 *ὀργίζεσθε* Greg. || 34, 21 *πω ἐν τῷ πρὸ τοῦ ἑκούσιοι γενόμενοι*] *πω ἑκούσιοι ἐν τῷ πρὸ τοῦ γενόμενοι* Syrian. || 34, 22 *τοῦτο*] *δ' οὐδὲ* Syrian. || 34, 25 *ἡμῖν* Syrian. ‖

33. Testt. 35, 18 *τὸν δὲ — ἐπιχείρησιν* (24) Syrian. IV, 740, 1. ‖

Nott. 35, 22 *δυναμένους παῤ*] *δυναμένους τε παῤ* Syrian. ‖

35. Testt. 36, 8 *λύσετε — ἐλθεῖν* (12) Sopat. IV, 727, 6 ‖ 36, 17 *εἶτα — δίκαιον* (23) Syrian. IV, 733, 6 ‖ 36, 19 *ἡμᾶς — ἀπώσεσθε* (20) Marcellin. IV, 375, 14. ‖

Nott. 36, 8 *δὲ οὐδὲ* om. Sopat. ‖ 36, 9 *τὰς Λακεδαιμονίων*] *τὰς πρὸς Λακεδαιμονίους* Sopat. ‖ *δεχόμενοι*] *δεξάμενοι* Sop. ‖ *μηδετέρων ὄντας ξυμμάχους* om. Sop. ‖ 36, 11 *πόλεων ἥτις — ἐλθεῖν*] *πόλεων τὰς ξυμμαχίδας ἐξεῖναι παῤ ὁποτέρους βούλοιντο ἰέναι* Sop. ‖ 36, 18 *πείσαντες ὑμᾶς*] *ὑμᾶς* om. Syrian. ‖ 36, 19 *κινδυνεύοντας καὶ* om. Marcellin. ‖

37. Testt. 37, 23 *ἀναγκαῖον — ἰέναι* (27) Syrian. IV, 206, 21 ‖ 37, 29 *φασὶ — ἔχειν* (32) Syrian. IV, 116, 29. ‖

Nott. 37, 30 *τὸ δ' ἐπὶ*] *τὸ δὲ ἐπὶ* Syr. ‖ 37, 32 *τὰ ἀδικήματα* Syr. ‖

40. Testt. 39, 14 *οὐ — ποιήσει* (17) Sop. IV, 727, 12 ‖ 39, 21 *καίτοι — ἐγένεσθε* (25) Syrian. IV, 733, 20. ‖

Nott. 39, 14 *ἑτέρων* om. Sop. ‖ 39, 15 *ἐστίν — πόλεμον*] *ἐστίν· οὐδ' ὅστις τοῖς δεξαμένοις εἰ σωφρονοῖεν, πόλεμον* Sop. ‖

45. Testt. 41, 31 *Λακεδαιμόνιός τε ὁ Κίμωνος* schol. Aristid. III, 518, 20 Dind. p. 193, 252 D Fro. ‖

Nott. 41, 31 *Λακεδαιμόνιος*] *Λακεδαίμων* schol. Aristid. III, 518, 20 Dind. codd. ABD Oxon. ‖

50. Testt. 44, 29 *ἤδη — ὦσιν* (45, 1) Greg. Cor. VII, 1246, 8. ‖

Nott. 44, 29 *ἐπεπαιώνιστο — καὶ*] *ἐπαιώνιστο τοῖς Κορινθίοις καὶ* Greg. ‖ 44, 32 *οἱ* om. Greg. ‖ *δήσαντες* Greg. ‖

51. Testt. 45, 1 *ταύτας — ὡρμίσαντο* (45, 17) Greg. Cor. VII, 1246. ‖ 45, 15 *οἱ δὲ — ὦσιν* (16) Hermog. II, 438, 15 ‖

Nott. 45, 3 *ἀπανεχώρουν* Greg. ‖ 45, 4 *ὑπέπλεον* Greg. ‖ 45, 5 *Κορινθίους*] *Ἀθηναίους* Greg. ‖ 45, 8 *ἀποτρεπόμενοι* Greg. ‖ 45, 12 *αἱ* om. Greg. ‖ 45, 13 *Λεωγόρου*] *Λεαγόρου* Greg. ‖ 45, 14 *προσκομισθεῖσαι*] *προσκυβισθεῖσαι* Greg. ‖ 45, 15 *Κερκυραῖοι*] *Ἀθηναῖοι* Hermog. ‖ 45, 16 *ὦσιν*] *ἦσαν* Hermog. ‖

52. Testt. 45, 18 *τῇ — ἀποπλεῖν* (31) Greg. Cor. VII, 1246. ‖

Nott. 45, 19 *ἀπέπλευσαν* Greg. ‖

53. Testt. 45, 31 *ἔδοξεν — λύοντες* (46, 2) Greg. Cor. *VII, 1246.* //

Nott. 45, 32 *προπέμψαι* Greg. ||

66. Testt. 52, 21 *οὐ — ξυνεῤῥώγει* (22) schol. Aristid. III, 132, 23 Dind. p. 50, 216 A Fro. ||

69. Testt. 54, 27 *αἰτία — ἀδικησάντων* (29) schol. Aristid. III, 474, 17 Dind. p. 178, 217 B Fro. ||

Nott. 54, 27 *αἰτία — ἐστὶν ἁμαρτανόντων*] *αἴτιον μὲν γάρ ἐστι φίλων ἁμαρτανόντων* schol. Aristid. ||

70. Testt. 55, 2 *οἱ μέν — βλάψαι* (13) Anon. ad Hermog. VII, 609, 14 || 55, 2 *οἱ μέν — ἐνδημοτάτους* (11) Sopater IV, 750, 20 || 55, 2 *οἱ μέν — ἐξικέσθαι* (5) Anon. ad Herm. VII, 608, 2 || 55, 6 *παρὰ δύναμιν τολμηταί* schol. Aristid. III, 616, 24 Dind. p. 240, 321 C Fro. || 55, 7 *καὶ — εὐελπίδες* schol. Aristid. III, 253, 35 Dind. p. 83, 287 C Fro. ||

Nott. 55, 2 *μένγε*] *μέντοιγε* Anon. || 55, 3 *ὅ*] *ἃ* Anon. || 55, 4 *ὑμεῖς — ἐξικέσθαι*] *ὑμεῖς δὲ οὐδὲ τὰ ὑπάρχοντα σώζειν οὐδὲ τὰ ἀναγκαῖα ἐξικέσθαι* Anon. || *ὑμεῖς*] *ἡμεῖς* Soph. || 55, 5 *τ' ἀναγκαῖον* Anon. || 55, 6 *μὲν καὶ παρὰ*] *μὲν παρὰ* Sop. || *δύναμιν τολμηταὶ*] *δύναμιν τε τολμηταὶ* schol. Aristid. || *καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί* om. Sop. || 55, 7 *ἐπὶ*] *ἐν* Sop. — Anon. — schol. Aristid. || *ὑμέτερον*] *ἡμέτερον* Sop. || *πρᾶξαι — γνώμης*] *πρᾶξαι καὶ τῆς γνώμης* Sop. || 55, 9 *τε*] *δὲ* Anon. || 55, 12 *ἀντικτᾶσθαι* Anon. || *ὑμεῖς δὲ τῷ*] *ὑμεῖς δὲ τὸ* Anon. || 55, 13 *ἄν* om. Anon. ||

71. Testt. 56, 4* *νῦν — ἐπιτηδεύματα* (5) schol. Aristid. III, 518, 9 Dind. p. 193, 252 C Fro. ||

Nott. 56, 4 *ὅπερ — ἐδηλώσαμεν* om. schol. Aristid. ||

75. Testt. 58, 29 *ἆῤ — Λακεδαιμόνιοι* Herm. II, 387, 25. ||

Nott. 58, 29 *ἆρα ἄξιοι δοκοῦμεν ὑμῖν ὦ* Hermog. ||

76. Testt. 59, 28 *ἄλλους — μετριάζομεν* (30) schol. Aristid. III, 270, 32 Dind. p. 86, 297 A Fro. ||

78. Testt. 61, 3* *τὰ — λύεσθαι* (4) schol. Aristid. III, 229, 32 Dind. p. 76, 276 A Fro. ||

Nott. 61, 3 *τὰ — λύεσθαι*] *ἐδεῖτο δὲ δίκην διαλύσασθαι τὰ διάφορα* schol. Aristid. ||

79. Testt. 61, 12 *πολεμητέα εἶναι* (13) schol. Ar. Ach. 394. ||

Nott. 61, 12 *πολεμητέα τοῖς Ἀθηναίοις εἶναι* schol. Ar. Ach. ||

80. Testt. 61, 16 *καὶ — Λακεδαιμόνιοι* (17) Anon. ad Herm. VII, 974, 13. ||

87. Testt. 65, 12 *ἐπεψήφιζεν* — *Λακεδαιμονίων* (13) schol. Aristid. III, 458, 3 Dind. p. 169, 204 C Fro. ‖

89. Testt. 66, 12 *ὑπομείναντες* — *εἶλον* (14) schol. Aristid. p. 316, 262 A Fro. ‖

Nott. 66, 13 *ἐπολιόρκουν*] *ἐπιόρκουν* schol. Aristid. || *Μήδων ἐχόντων* ponit post *εἶλον* schol. Ar. ‖

92. Testt. 68, 24 *ἀδήλως ἤχθοντο* schol. Aristid. III, 229, 18 Dind. p. 76, 275 C Fro. ‖

93. Testt. 68, 32 *μείζων* — *πόλεως* (33) (Aristid. II, 209) schol. Aristid. p. 365, 258 C Fro. ‖

Nott. 68, 32 *μείζων*] *νῦν* schol. Aristid. || 68, 33 *πανταχῇ* om. schol. Ar. || Aristides II, 209 locum sic reddit *καὶ μείζω γε τὸν περίβολον, ὥς φασιν οἱ ἐξηγέται, ἐξήγαγε πανταχῇ.* ‖

101. Testt. 72, 22* *οἱ* — *ἀπέστησαν* (24) schol. Aristid. p. 195, 257 C Fro. ‖

Nott. 72, 22 *ἐν ᾧ* — *ἀπέστησαν*] *ὅτε Εἵλωτες εἰς Ἰθώμην ἀπέστησαν* schol. Arist. ‖

102. Testt. 73, 8* *δείσαντες* — *ἀπέπεμψαν* (12) schol. Aristid. III, 223, 32 Dind. p. 75, 272 A Fro. ‖

Nott. 73, 8 *δείσαντες* — *ἀπέπεμψαν*] *δεδιότες τὸ νεωτεροποιὸν αὐτῶν ἀπεπέμψαντο αὐτούς* schol. Arist. || 105 excerpit servatis plerumque Thuc. verbis schol. Aristid. III, 219, 5 Dind. *ἱστορεῖ Θουκυδ. ἐν τῇ πεντηκονταετείᾳ* (eodem nomine utitur 640, 17. 653, 33) cfr. III, 497, 12. III, 498, 1 Dind. *ἐν τῇ ά.*

109. Testt. 77, 12 *Μεγάβυζον* — *Ἕλληνας* (15) schol. Ar. Av. 484. ‖

Nott. 77, 12 *Μεγάβαζον* schol. Ar. || *δὲ* om. schol. || 77, 13 *πολλῆς στρατιᾶς* schol. || 77, 15 *τῆς* om. schol. || *ἐξήλασε*] *ἤλασε* schol. ‖

110. Testt. 77, 23 *Αἴγυπτος* — *ἕλειοι* (27) Hermog. II, 251, 23 || 77, 24 *Ἀμυρταίου* — *βασιλέως* (28) schol. Aristid. p. 366, 264 C Fro. ‖

Nott. 77, 23 *Αἴγυπτος* — *ἐγένετο*] *καὶ μὴν τότε Αἴγυπτος ὑπὸ βασιλεῖ ἐγένετο* Hermog. || 77, 26 *εἰσί* post *ἕλειοι* (27) ponit Hermog. cod. M. ||

114. Testt. 80, 2 *Ἑστιαιᾶς* — *ἔσχον* schol. Aristid. III, 486, 4 Dind. ‖

115. Testt. 80, 5 *ἀποδόντες* — *Ἀχαΐαν* (6) Aristid. I, 157 | 169 | II, 149. ‖

Nott. 80, 5 *ἀποδόντες* — *Τροιζῆνα*] *ἀπέδωκε Μέγαρα*

Τροιζῆνα Πηγὰς, πᾶν τὸ Ἀχαϊκόν. Aristid. I, 157. || *ἀπέδωκεν ἐκοῦσα Μέγαρα, Νίσαιαν, Τροιζῆνα, Ἀχαΐαν, Πηγάς* Aristid. I, 169. || *Μέγαρα Νίσαιαν καὶ Τροιζῆνα καὶ Πηγὰς καὶ Ἀχαΐαν* Aristid. II, 149. ‖

117. Testt. 81, 20 *αἱ — Ἄγνωνος* schol. Aristid. p. 165, 197 B Fro. III, 447, 6 Dind., sed addit *τοῦ* post *μετὰ*. ‖

122. Testt. 85, 4 *οὐ γὰρ — κεχωρήκατε* (5) Anon. ad Hermog. VII, 13, 18. (Maxim. Planud. V. 220, 2.) ‖

Nott. 85, 4 *οὐ γὰρ — κεχωρήκατε*] *οὐ γὰρ δὴ ἐπὶ τὴν πολλοὺς βλάψασαν καταφρόνησιν καταφεύξεσθε* Anon. ad Herm. (Max. Plan.) ‖

128. Testt. 89, 5 *εἰ — θάλασσαν* (6) schol. Ar. Plut. 72. ‖

132. Testt. 91, 3 *Ἑλλήνων — Μήδων* Aristid. II, 175. ‖

138. Testt. 95, 8 *ἦν — δηλώσας* Marcellin. IV, 93, 11. ‖

Nott. 95, 8 *γὰρ ὁ*] *γὰρ δὴ ὁ* Marcellin. et Popponis cod. Mosqu. ‖

140. Testt. 96, 22 *τὴν μὲν — Πελοποννησίοις* (23) Aristid. II, 136. ‖

Nott. 96, 22 *τῆς μὲν — ἔχομαι*] *τῆς μὲν γνώμης τῆς αὐτῆς, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀεὶ ἔχομαι* Aristid. ‖

141. Testt. 97, 25 *τὰ δὲ — ἄπειροι* (30) Sopater IV, 750, 11. ‖

Nott. 97, 28 *ἐν κοινῷ*] *ἐν τῷ κοινῷ* Sop. ‖ 97, 29 *αὐτοῖς ἐστιν* Sop. ‖

143. Testt. 99, 22 *καὶ τὰ — ἴσου* (25) Sopater IV, 750, 16. ‖ 100, 1 *τῆς δὲ — προσαπόλλυται* (5) Sopater IV, 764, 16. Anon. ad Hermog. VII, 614, 17. ‖

Nott. 99, 22 *ἔμοιγε* ponit ante *δοκεῖ* Sop. ‖ 99, 23 *παραπλήσια*] *παραπλήσια τοιούτοις* Sop. ‖ *εἶναι* om. Sop. ‖ 99, 24 *ὥνπερ*] *ὧν* Sop. ‖ *ἀπήλλακται* Sop. ‖ 100, 1 *τῆς δὲ*] *τῆς τε* Anon. ‖ *πόλεως δεῖ φυλακήν* Anon. ‖ *φύλακας* Sop. ‖ *Πελοποννησίους* Anon. ‖ 100, 2 *πλέοσι διαμάχεσθαι* Anon. ‖ 100, 3 *τε* om. Sop. Anon. ‖ 100, 4 *μαχούμεθα ῥᾷον ἦν δέ* Sop. ‖ 100, 5 *συναπόλλυται* Sop. ‖

145. Testt. 101, 10 *δίκῃ — ἐγκλημάτων* (11) Aristid. II, 149. ‖

II, 7. Testt. 105, 30 *καὶ — σπονδῶν* (31) schol. Aristid. III, 546, 17. Dind. p. 207 273 D Fro. ‖

Nott. 105, 30 *λελυμένων ἤδη λαμπρῶς* schol. Ar. ‖

10. Nott. 107, 31 *ἀπὸ πόλεως ἑκάστης τὰ δύο μέρη* inverso ordine schol. Aristid. III, 498, 11 Dind. ‖ 108, 2 *ξυγκα-*

λέσας — ἔλεξεν] *συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς πασῶν πόλεων καὶ τοὺς ἐν τέλει μάλιστα καὶ ἀξιολογωτάτους τοιάδε ἔλεξεν.* Joa. Sic. VI, 370. ‖

11. Testt. 108, 5 *ἄνδρες — ἐξήλθομεν* (9) Joa. Sic. VI, 370, 23. ‖ 108, 5 *καὶ οἱ — πρεσβύτεροι* (7) Hermog. II, 346, 26. ‖

Nott. 108, 7 *καὶ ἔξω* ponit post *ἐποίησαν* Joa. Sic. ‖ *αὐτῶν ἡμῶν*] *ὑμῶν αὐτῶν* Joa. Sic. ‖ 108, 8 *ἄπειροι*] *ἄμοιροι* Joa. Sic. ‖ *δὲ τῆσδε οὔπω*] *δὲ οὔ ποτε* Joa. Sic. ‖

12. Testt. 109, 27* *ἥδε — ἄρξει* schol. Ar. Pax 435. ‖

Nott. 109, 27 *ἡμέρα — ἄρξει*] *ἡμέρα πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν τοῖς Ἕλλησιν ἄρξει* schol. Ar. Pax (cfr. Aristid. II, 175 *Λύσανδρον ··· πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν αὐτὸν τοῖς Ἕλλησιν ἄρξαντα.*) ‖

13. Testt. 110, 3 *Περικλῆς — αὐτός* (4) schol. Aristid. III, 485, 26 Dind. p. 182, 225 C Fro. ‖ 110, 26 *ὑπαρχόντων — ἀπανηλώθη* schol. Ar. Plut. 1193. ‖

Nott. 110, 26 *ἔτι τότε*] *ἀεί ποτε* schol. Ar. (*ἄγε* R.) ‖ 110, 28 *μύρια ἐγένετο*] *περιεγένετο* schol. Ar. ‖ *ἔς τε τὰ*] *ἐς τὰ* schol. Ar. R. ‖ 110, 29 *καὶ τἆλλα*] *καὶ ἐς καὶ τἄλλα* schol. Ar. (*καὶ τἆλλα* R.) ‖ 110, 30 *ἐπανηλώθη* schol. Ar. ‖

17. Testt. 113, 15 *τὸ — ἀργόν* (16) schol. Aristid. III, 79, 32 Dind. p. 33, 190 D Fro. ‖

Nott. 113, 15 *τὸ Πελαγεῖ καὶ Ἄργος* schol. Aristid. ‖

29. Testt. 119, 26 *Τηρεῖ — γυναῖκα* (17) Hermog. II, 423, 5. ‖ 119, 32 *καὶ — Ἀθηναῖον* schol. Ar. Ach. 145. ‖

35. Testt. 122, 17 *οἱ — τόνδε* (18) Anon. VII, 974, 11. ‖ 122, 17 *οἱ — νόμῳ* (123, 3) Maxim. Plan. V, 572, 3. ‖ 122, 20 *ἐμοὶ — ἀπιστοῦσι* (123, 2) Greg. Cor. VII, 1155, 15. ‖

Nott. 122, 17 *ἤδη εἰρηκότων* Anon., Maxim. Planud. ‖ *καὶ ἐπαινοῦσι* Anon. ‖ 122, 20 *εἶναι* om. Maxim. ‖ 122, 21 *δηλοῦσθαι καὶ* Greg. Cor. ‖ 122, 22 *νῦν* om. Maxim. ‖ 122, 23 *δρᾶται* Greg. ‖ *ἐν* om. Maxim. ‖ 122, 26 *ξυνειδὼς*] *ξυνετὸς* Greg. ‖ 122, 30 *αὐτοῦ* Greg. ‖ *ἀνεκτοὶ* post *εἰσιν* ponit Greg. ‖ 123, 1 *αὐτῶν* om. Greg. ‖

36. Testt. 123, 20 *ἀπὸ — ταῦτα* (22) Greg. Cor. VII, 1296, 32. ‖

39. Testt. 124, 21 *καὶ — θεάματος* (22) schol. Aristid. *p. 205, 271 A Fro. III*, 542, 6 Dind. ‖

Nott. 124, 21 *ὅτε*] *ὅπως* schol. Aristid. ‖ *ξενηλασίαις* om. schol. Aristid. ‖ 124, 22 *ἢ μαθήματος*] *μαθήματος* schol. Ar. ‖

49. Testt. 131, 19 huc respicit schol. Aristid. III, 496, 32 Dind.

60. Testt. 137, 6 *καὶ — κρείσσων* (10) Sopat. IV, 38, 21. ‖ 137, 7 *καίτοι — κρείσσων* (10) Syrian. IV, 90, 5. ‖ 137, 7 *καίτοι — ὀργίζεσθε* (8) Marcellin. IV, 193, 5. ‖ 137, 7 *καίτοι — ταῦτα* (9) Anon. VII, 2, 10. ‖ 137, 9 *γνῶναι — ταῦτα* schol. Aristid. III, 480, 13 Dind. p. 180, 221 B Fro. ‖

Nott. 137, 6 *τε* om. Sop. ‖ 137, 7 *οἳ ξυνέγνωτε*] *οἷον ἐπείσθητε* Sop. ‖ 137, 8 *οὐδενὸς οἴομαι ἧσσων εἶναι*] *οὐδενὸς ἥττων εἰμὶ* Syrian., Sop. *ἐλάσσων εἰμί* Anon. ‖ 137, 9 *τὰ δέοντα* om. schol. Aristid. ‖ *ταῦτα*] *αὐτὰ* schol. Aristid. *περὶ αὐτῶν* Anon. ‖

61. Testt. 137, 21 *καὶ — φρόνημα* (29) Greg. VII, 1325, 3. ‖ 137, 29 *δουλοῖ — ξυμβαῖνον* (31) Hermog. II, 451, 20. ‖

Nott. 137, 22 *ἀφίσταμαι* Greg. ‖ *μεταβάλλεσθε* Greg. ‖ 137, 24 *ἐν τῷ ἀσθενεῖ τῷ ὑμετέρῳ* Greg. ‖ 137, 26 *ἑκάστου* Greg. ‖ *ὠφελείας* Greg. ‖ 137, 28 *ταῦτα* Greg. ‖ *ταπεινὴ μέν* Greg. ‖ 137, 30 *τὸ* om. Hermog. ‖

62. Testt. 138, 13 *ἐγὼ — φανερῶν* (14) schol. Aristid. III, 489, 26 Dind. p. 184, 228 C Fro. ‖ 138, 30 *ἰέναι — καταφρονήματι* (32) Anon. VII, 13, 21. (Maxim. Plan. V, 220, 4.) ‖

Nott. 138, 30 (*Θουκυδίδης ἐν τῇ τρίτῃ ἱστορίᾳ*) . . . *κατὰ τῶν πολεμίων ἐλθεῖν οὐ φρονήματι μόνον ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι* Anon. (Max. Plan.) ‖

63. Testt. 139, 15 *τὸ — τεταγμένον* (16) schol. Aristid. p. 365, 261 C Fro. III, 206, 22 Dind. ‖

64. Testt. 139, 18 *ὑμεῖς — ἀναθήσετε* (26) Anon. VII, 520, 15. ‖ 139, 18 *ὑμεῖς — παράγεσθε* (19) Maxim. Planud. V, 321, 1. ‖ 139, 22 *ἐπιγεγένηται — γεγενημένον* (24) Marcellin. IV, 639, 23. ‖

Nott. 139, 20 *καὶ εἰ* Anon. ‖ 139, 24 *καὶ δὴ δι' αὐτήν* Anon. ‖

65. Testt. 140, 31 *στρατηγὸν — ἐπέτρεψαν* (32) Aristid. II, 244. ‖ 140, 35 *ὅσον — πολέμῳ* (142, 12) Aristid. II, 120. ‖ 141, 1 *καὶ — μεγίστη* Aristid. II, 150. ‖ 141, 2 *προγονούς — πρόνοια αὐτοῦ* (4): „huc spectat schol. Aristid. III, 618, 25 Dind. *καὶ ὁ Θουκυδίδης πρόνοιαν λέγει τὴν πρόγνωσιν*“ Wilamowitz. ‖ 141, 5 *ὁ — θεραπεύοντας* (6) schol. Aristid. III, 443, 13 Dind.

p. 161, 195 B Fro. ‖ 141, 16 *καὶ — ἦγεν* (17) Aristid. II, 148. ‖ 141, 19 *ὁπότε — θαρσεῖν* (22) Sop. V, 5, 3. ‖

Nott. 140, 36 *ὡς ἀσφαλῶς* Aristid. ‖ 141, 1 *ἐκείνου*] *αὐτοῦ* Aristid. ‖ *ἐπεί τε*] *ἐπειδὴ δέ* Aristid. ‖ 141, 2 *συνέστη* Aristid. ‖ 141, 3 *ἓξ μῆνας* Aristid. ‖ 141, 4 *αὐτοῦ ἡ ἐς τὸν*] *αὐτοῦ εἰς τὸν* Aristid. ‖ 141, 12 *ὠφέλεια* Aristid. ‖ 141, 16 *ὑπ' αὐτοῦ* om. Aristid. (cfr. Aristid. II, 268 *οὐ γὰρ ἄγεσθαι μᾶλλον ἢ ἄγειν τὸν δῆμον*) ‖ 141, 18 *τι* om. Aristid. ‖ 141, 19 *τι* om. Aristid. ‖ 141, 21 *αὖ ἀλόγως*] *αὖ πάλιν τὸν λόγον ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ* Sop. (cfr. Aristid. II, 119 *ἀθυμήσαντα δὲ καὶ ταπεινωθέντα ἀναγαγεῖν αὖ τοῖς λόγοις . .*) ‖ 141, 22 *ἐγίγνετο δὲ* Aristid. ‖ 141, 24 *μᾶλλον αὐτοὶ* Aristid. ‖ 141, 26 *καὶ* om. Aristid. ‖ ‖ 142, 12 *τῶν*] *τὴν πόλιν* Aristid. ‖

94. Testt. 164, 11 *ἤδη μὲν ἔγνωμεν ἐν τοῖς Θουκυδιδείοις τί εἰσι φρυκτοί, ὅτι λαμπάδες εἰσὶ σημαίνουσαι πολεμίων ἢ φίλων παρουσίαν* schol. ined. Marc. ad Aristid. III, 607, 30 Dind. ‖

100. Testt. 168, 23 *μέμνηται Θουκ. ἐν β' ὅτι Περδίκκου ἦν υἱός* (Archelaus scil.) schol. Aristid. III, 450, 27. ‖

102. Testt. 170, 16 *ὁ — Οἰνιάδας* (20) Anon. III, 705, 1. ‖

Nott. 170, 18 *Ἀγραῶν*] *Ἀγριάνων* Anon. ‖ 170, 18 *καὶ διὰ — πεδίου* om. Anon. ‖ 170, 19 *μὲν* om. An. ‖ 170, 20 *δ' ἐξιεὶς*] *ἔξεισι* Anon.

III. 3. Testt. 172, 29 *καί — καθελεῖν* (30) schol. Ar. Plut. 469. ‖

Nott. 172, 29 *ἦν μὲν*] *εἰ μὲν* schol. Ar. ‖

9. Testt. 175, 8 *τὸ — Λακεδαιμόνιοι* (9) Georg. Diaeret. VI, 513, 28. ‖

Nott. 175, 8 *καθεστὸς*] *καθεστηκὸς* Georg. Diaer. ‖

21. Testt. 181, 26 *ὁπότε — νοτερός* schol. Aristid. III, 20, 20 Dind. p. 10, 167 A, 167 B Fro. — III, 135, 16 Dind. p. 52, 216 C. Fro. ‖

Nott. 181, 26 *χειμὼν ἦν νοτιωτέρα* schol. Aristid. p. 10, 167 A Fro. (*χειμῶνος ἦν νοτιώτερον* schol. Ap. Mon. *χειμῶν ἦν νοτιώτερον* Par. A.) ‖

22. Testt. 182, 18 *αὐτίκα βοὴ ἦν* Hermog. II, 336, 27. ‖ 52. §. 3, 4 excerpit schol. Aristid. III, 533, 30 Dind.

82. Testt. 217, 3 *τόλμα — πρόσχημα* (5) Hermog. II, 293, 7.

Nott. 217, 4 *εὐπρεπὴς*] *ἀπρεπὴς* Hermog. ‖

IV. 11. (243, 17) *ναύαρχος* cfr. schol. Aristid. III, 679, 2 Dind. || 24, 5 (250, 34) *Χάρυβδις* cfr. schol. Aristid. III, 640, 35 Dind. ||

28. (254, 31) *τοῖς — αὐτοῦ* (22) Anon. ad Herm. VII, 594, 25. ||

36. Testt. 259, 4 *κατὰ — νήσου* schol. Aristid. III, 10, 20 Dind. p. 5, 163 B Fro. ||

Nott. 259, 4 *ἀεὶ* om. schol. || *τοῦ κρημνώδους* om. schol. ||

48. Testt. 265, 23 *φορμηδόν ἐπὶ ἀμάξας* cfr. schol. Aristid. III, 732, 28 (*Θουκ. ἐν γ'*) || 53 (267, 15) *„Κύθηρα νῆσός ἐστι“ καταντικρὺ τῆς Λακωνικῆς κειμένη ἣν ἔλαβον Ἀθηναῖοι ἐν τῇ δ'* schol. ined. Marc. ad Aristid. III, 231, 32. Dind. ||

59. Hermocratis oratio: *ἐν τῇ δ' ὁμοίως δὲ ἐν ζ'* schol. Aristid. III, 675, 21. Dind. ||

117. Testt. 304, 15 *τοὺς — εὐτύχει* (16) schol. Ar. pax 479. ||

Nott. 304, 16 *ὡς ἔτι Βρασίδας*] *ἕως ὅτε ὁ Βρασίδας* schol. ||

119. Testt. 306, 14 *Ταῦρος — Τολμαίου* (21) schol. Ar. Equ. 794. ||

Nott. 306, 15 *Φιλοχαρίδας Ἐρυξιδαΐδα* om. schol. Ar. Equ. || 306, 16 *Κορινθίων δὲ* om. schol. || *Ὠκύτου* om. schol. || *Ἀριστονύμου*] *Ἀριστοδήμου* schol. Ar. || 306, 17 *Δημότιμος* schol. Ar. || *Ὀνάσιμος — Κεκάλου* om. schol. || 306, 19 *Εὐπαΐδα* om. schol. || 306, 20 *Νικόστρατος Λιτρέφους* om. schol. || 306, 21 *ὁ Νικηράτου* schol. ||

V. 15. Testt. 325, 22 *ταῦτ' — καταλύεσθαι* (28) schol. Ar. Pax 479. ||

Nott. 325, 22 *ταῦτα οὖν* schol. || 325, 27 *Ἀθηναῖοι οὔπω ἤθελον εὖ φερόμενοι*] *Ἀθηναῖοι μὲν οὔπω θέλοντες ἐξυφαιρουμένοις* schol. Ar. || 325, 28 *καταλύεσθαι*] post hoc verbum insert schol. Ar. haec: *„μάλιστα δὲ οἱ τῶν δεδεμένων συγγενεῖς ἐνῆγον καὶ ἐσπούδαζον, ὡς ἂν εἰρήνη γένηται“* ||

16. Testt. 325, 32 *ἐπειδὴ — διαβάλλων* (326, 2) schol. Ar. Equ. 793. ||

Nott. 325, 33 *ἐγένετο* schol. Ar. Equ. || 325, 34 *τεθνήκει* schol. Ar. || *ἀμφότεροι* schol. Ar. || 325, 36 *ἡσυχίας*] *εὐτυχίας* schol. || 326, 1 *καταφανέστερός τε νομίζων* schol. || *ἂν* om. schol. || 326, 2 *ἀπιστότερος*] *ἀξιοπιστότερος* schol. Ar. ||

68. Testt. 359, 31 *ἑπτὰ ἄνευ Σκιριτῶν* schol. Ar. Lys. 453. ||

Nott. 359, 31 *ἑπτὰ χωρὶς τῶν Σκιριτῶν* schol. ‖

VI. 2 et passim. Quid intersit inter *Σικελοὶ* et *Σικελιῶται* docet *Θουκ. ἐν τῷ ζ'* schol. Aristid. III, 295, 8. 675, 35.

12. Testt. 384, 35 *εἰ — ἐλλαμπρύνεσθαι* (6) schol. Ar. Pax. 450. ‖

Nott. 385, 1 *παραινεῖ — σκοπῶν*] *παραινεῖ ἐκπλεῖν ὑμῖν τ' αὐτοῦ μόλις σκοπῶν* schol. Ar. ‖ 385, 4 *δὲ* om. schol. ‖ *τι* om. schol. ‖ 385, 5 *μηδὲ*] *δὲ* schol. ‖ *ἐμπαράσχητε*] *παράσχητε* schol. ‖ 385, 6 *ἀπολαμπρύνεσθαι* schol. ‖

16. Testt. 386, 22 *καὶ — εἶναι* (24) schol. Ar. Pax. 450. ‖

Nott. 386, 22 *προσῆκον* schol. Ar. ‖ *μᾶλλον ὦ Ἀθηναῖοι ἑτέρων ἄρχειν* schol. ‖ 386, 24 *ἅμα* om. schol. Ar. ‖

46, 2 excerpit schol. Aristid. III, 463, 1—6 servatis ex parte Thucydidis verbis. ‖

59 (412, 11) *ὁ Θουκυδίδης φησὶν ὅτι ἐκπεσὼν τῆς τυραννίδος ὁ Ἱππίας μνησικακῶν ἀνῆλθε πρὸς Δαρεῖον, ἔχων, εἰς τὸ προδοῦναι, καὶ ἔπεισεν αὐτὸν κατὰ τῆς Ἑλλάδος στρατεῦσαι* schol. Aristid. III, 552, 4. Dind. ‖

VII. 44, 6 huc respicit schol. Aristid. III, 550, 13 nisi quod pauca aliter habet. ‖

VIII. 4. 510, 20 *ξυστελλόμενοι ἐς εὐτέλειαν*] cfr. schol. Aristid. III, 237, 33 (coll. 27) Dind. ‖

15. Test. 517, 14 *καὶ ὀλίγον — οὐδὲν* (15) Anon. ad Hermog. III, 711, 4. ‖

Nott. 517, 14 *ἔπρασσον* Anon. ‖

16. Testt. 517, 17 *Σαμίαν μίαν* Hermog. II, 336, 26. ‖

73. Testt. 554, 25 *ὠστρακισμένον — πόλεως* (26) schol. Ar. Pax. 681. ‖

Nott. 554, 25 *δυνάμεως φόβον καὶ ἀξιώματος* schol. ‖

I. 1. (16. 1) Anonymus verba notissima ex memoria dedisse videtur, unde explicatur quod scribit *τῶν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων* pro codicum scriptura *τῶν Πελοποννησίων*. Lacedaemonii et Peloponnesii immutantur etiam ab Hermogene II. 346. 26 (Th. II. 11), fortasse autem huius anonymi cod. Thuc. exhibuit, ut Popp. cod. Vind., *τῶν Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων* et superscriptum erat *Λακεδαιμονίων* super *Πελο-*

πονηρίων, ita ut librarii oculi ex textu in ea aberrarent. Nam hoc Thucydidis verbum grammaticis explicatione indigere visum fuisse Sopatri docent verba (V. 13. 28).

16, 11. *Καὶ ἔτι παλαίτερα*[1])] *καὶ τὰ ἔτι* codd. Si alterum deest *τὰ*, sine dubio ad verba *ἔτι παλαίτερα* subaudiendum est: „quam bellum Pelloponnesiacum", et respicit totum enuntiatum *τὰ γὰρ πρὸ αὐτῶν — παλαίτερα* ad unum temporis terminum, scil. bellum Peloponnesiacum, ita ut significet, id quod bellum Peloponnesiacum antecedit et quod eodem bello etiam antiquius est. Significant igitur Gregorii verba non (ut apud Thucydidem est) duas temporis periodos, sed in universum totum tempus, quod bellum antecedit. At primum quidem apparet, tum *ἔτι παλαίτερα* additum ad *τὰ πρὸ αὐτῶν* prorsus esse supervacaneum, neque his verbis novi quidquam afferri, siquidem *τὰ πρὸ τῶν πελοποννησιακῶν* etiam *παλαίτερα αὐτῶν* esse debent. Deinde autem, quid *ἔτι* sibi velit, nullo modo intellegitur, cum nil aliud commemoratum sit antiquius bello Peloponnesiaco, hoc autem bellum ipsum (ad quod solum *ἔτι παλ.* respicere possit) antiquum esse dici nequeat. Ergo aliquid commemoratum sit oportet bello Peloponnesiaco antiquius, quo *ἔτι παλ.* respicere possit. Quod cum apud Gregorium non commemoratum, commemoratum sit apud Thucydidem, apparet, Gregorii scripturam rectam esse non posse, sed librarii errore ex Thucydidis scriptura esse corruptam. Quamque vetus sit hoc vitium ex Dionys. Hal. cognoscitur, qui et ipse *τὰ* omittit (Sadée p. 133 [217]) cfr. Wilamowitz Herm. XII p. 333. *Σαφῶς εὑρεῖν μέν*] *σαφῶς μὲν εὑρεῖν* codd. Opponuntur inter se non *εὑρεῖν* et aliud verbum, sed *τὸ σαφῶς εὑρεῖν* et *τὸ ἐκ τεκμηρίων εὑρεῖν*, „id quod certum est et id quod verisimile est": „pro certo quidem de rebus tam veteribus nihil affirmare possumus, quod autem ad testimonia cet". Apparet igitur particulis *μὲν-δὲ* nihil efferri posse nisi *σαφῶς* et *τεκμήρια*, codices igitur veram praebere collocationem. —

I. 2. (16. 26) *ἴσχυον θαῤῥεῖν*] *θαῤῥεῖν* omm. codd. — Infinitivum *θαῤῥεῖν*, quem in nullo nostrorum codicum legimus, neque simplici oculorum errore ex ceteris huius enuntiati ver-

---

[1]) Sine dubio cum Herwerdeno *παλαίτερα* scribendum erat, cum *παλαιότερος*, ut ex tragicorum usu apparet, Thucydidis temporibus usitatum non fuerit.

bis corruptum, neque a librariis vel Gregorio ultro additum esse posse, statim apparet. Quoniam igitur θαῤῥεῖν in librarii exemplari Thucydideo erat, quaeritur quomodo explicandum sit. Usurpatur autem ἰσχύειν c. inf. raro pro δύνασθαι (Dem. 17. 9) quod si hic usurpatum putaremus, per dativum τῷ μεγέθει causa addita esse posset, ita ut his verbis diceretur: „propter parvas urbes audaces esse non potuerunt". Respicerent tum verba ad ea quae praecedunt οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις κτλ. Sed cum ἰσχύειν, nisi fallor, ita a Thucydide usurpatum non sit, Gregorius autem alias fere semper neglegentissime describat, eiusque auctoritati non multum tribui possit, verisimilius est in Gregorii exemplari pessimo hoc θαῤῥεῖν, fortasse in maiore scholio, ascriptum fuisse, non ad certum vocabulum, sed ad totam sententiam, quae est de veterum animo atque fortitudine. Ceterum quamcunque explicationem aliquis amplectitur, hoc non est negandum, eiusmodi locos, quibus novum aliquod vocabulum additum est quodque nostrum codicum nullus exhibet, semper commemoratione multo digniores esse, quam eos, quibus nostrorum codicum verba omittuntur. Sine dubio enim omissi vocabuli causa apud hos scriptores a sola neglegentia semper repeti potest.

I. 6. (18. 32) Sine dubio Hermogenes codice usus est alieno a nostris, coniungit enim duo enuntiata in unum, quae in nostris codicibus in variis leguntur capitibus. Quinam igitur textus Hermogenis constitutus fuerit quaerendum est. Si comparamus inter se: I. 5. μέχρι τοῦδε πολλὰ τῆς Ἑλλάδος τῷ παλαιῷ τρόπῳ νέμεται et I. 6. σημεῖον δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος ἔτι οὕτω νεμόμενα, statim intellegimus quam similia inter se sint haec duo enuntiata, cumque praeterea sententia alterius (I. 6) enuntiati in priore (I. 5) uberius sit explicata (ἔτι = μέχρι τοῦδε || οὕτω = τῷ παλαιῷ τρόπῳ), non longe a vero aberrare mihi videor, si prius enuntiatum ad alterum explicandum adscriptum esse puto. Certe verba: καὶ μέχρι τοῦδε — νέμεται, quo loco traduntur ferri non possunt, quia plane idem iam paucis verbis ante dictum est: δηλοῦσι δὲ τῶν — δρᾶν. Itaque suspicor in Hermogenis codice Thucydideo verba καὶ μέχρι τοῦδε — νέμεται nondum scripta fuisse, sed postea esse addita, verba autem περί τε Λοκροὺς — ἤπειρον collocata fuisse post νεμόμενα (I. 6). *Puto igitur sic* in Hermogenis codice fuisse:

I. 5. *ἐληΐζοντο δὲ καὶ κατ' ἤπειρον ἀλλήλους· τό τε σιδηροφορεῖσθαι τούτοις τοῖς ἠπειρώταις ἀπὸ τῆς παλαιᾶς λῃστείας ἐμμεμένηκεν.*

I. 6. *σημεῖον δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος ἔτι οὕτω νεμόμενα (περί τε Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας καὶ τὴν ταύτῃ ἤπειρον) τῶν ποτε καὶ ἐς πάντας ὁμοίων διαιτημάτων.*

Habemus igitur duas huius loci recensiones, alteram Marcellini, Hermogenis alteram. Atque in Marcellini quidem recensione propter malam repetitionem, de qua supra egi, offendendum est, cum Hermogeniana ferri posse videatur. Praeterea cum Hermogenes tot annis ante Marcellinum fuerit, re vera eius recensionem genuinam et Marcellini demum ex ea corruptam esse puto.

19. 1. *αὐτῶν τῶν εὐδαιμόνων*] *αὐτοῖς* codd. Siceliotae scriptura eandem reddit sententiam atque codicum *αὐτοῖς*, itaque per se nihil impedit, quominus scriptum esse possit a Thucydide *αὐτῶν*. Sed cum simplicius sit quam *αὐτοῖς*, ex hoc de consilio videtur mutatum, quamquam propter similitudinem quae intercedit inter *αὐτοῖς* et *αὐτῶν*, Siceliotae scriptura casu quoque orta esse potest. Certe cum idem dativus, quem Krueger (48. 12. 2) dativum possessivum explicat, etiam III, 98. 2 a Thucydide usurpetur, mutandi nulla causa est.

19. 2. *διὰ τὸ ἁβροδίαιτον*] Haec verba nisi ad *ἐπαύσαντο φοροῦντες* referri non posse apparet, ita ut sententia sit enuntiati „veteres propter luxuriam desierunt tunicis linteis uti". Hoc autem Thucydidem dicere non voluisse, sed voluisse prorsus contrarium: „usurpavisse veteres tunicas linteas propter luxuriam", non debet demonstrari. Ergo codices corruptam Thucydidis scripturam praebeant oportet. Classenus quidem codicum scripturam servare studet: *„οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ ἐπαύσαντο φοροῦντες* ist nur (?) eine andere Wendung für: *οὐ πρὸ πολλοῦ ἔτι ἐφόρουν*, und diesem Sinne gemäss ist daher auch der causale Ausdruck vorangeschickt: *διὰ τὸ ἁβροδίαιτον*". At num sanae explicandi rationis esse potest, pro aliquo verbo, quod ad rem nostram non quadrat, substituere quodlibet aliud verbum et tum omnia simplicissima esse, dicere? Kruegerus adnotat: „διὰ τὸ ἁβροδίαιτον gehört zu *φοροῦντες mit* Hervorhebung hierhergestellt". At si cum

φορουντες coniungendum est, non minus coniungendum est cum ἐπαύσαντο, nam φορουντες ab ἐπαύσαντο nullo modo seiungi potest. Tum autem sententiam oriri alienam a Thucydidis voluntate nemo, qui mente non praeoccupata rem tractat, negare potest. At omnia simplicissima et dilucida sunt, si tollimus illud διὰ τὸ ἁβροδίαιτον. Puto igitur haec verba non a Thucydide orta esse, sed a lectore, qui respiciens ad ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ haec ad φορουντες adscripsit, unde postea in textum sunt recepta. Cogitavit de eiiciendis his vocabulis etiam Herwerdenus, quamquam ignoravit, iam a veterum grammaticis quibusdam ea esse omissa. Joannes enim Siceliota, cum cetera accuratissime reddat, haec sola verba omittit. Atqui certe non omisisset, si in suo exemplari fuissent, nulla enim alia de causa hunc locum affert, nisi ut veterum demonstret luxuriam, ut ipse dicit: ἁβροὶ γὰρ τὸ παλαιὸν οἱ Ἴωνες ὡς καὶ Θουκυδίδης ἐν τῇ α'. Sine dubio igitur verba διὰ τὸ ἁβροδίαιτον, tam apta ad id quod voluit efficiendum, in codice suo non legit. Fortasse autem iam tum ad marginem erant adscripta, unde explicaretur, quod adiectivo ἁβρὸς usus est. Deinde etiam schol. Aristoph. Nub. nostro loco verba illa nondum legisse videtur, non enim exscripsit. Itaque verba διὰ τὸ ἁβροδίαιτον mihi videntur delenda.

19. 4. συναναδούμενοι] ἀναδούμενοι codd. — Dubium non est, quin per se συναναδεῖσθαι optime hoc loco scriptum esse possit, est enim nostra lingua: „in einen Knoten (συν) aufbinden". Jam quaeritur utrum praeferendum sit ἀναδεῖσθαι (aufbinden) an συναναδεῖσθαι. Atqui crobylus ille secundum codicum verba ita efficitur, ut per cicadam insertam capilli sursum comantur (ἀναδούμενοι). Cicadis nulla alia de causa opus esse potuit, nisi ut impedirent, quominus capillorum cirrus solveretur, ut Sopater cod. Par. ad marginem IV, 79. 26, sine dubio ex commentario Thucydideo exscriptum, hoc habet: ὁ τέττιξ σύνδεσμος ἦν τῶν τριχῶν ὥστε συστῆναι καὶ μὴ διαλυθῆναι τὴν πλοκήν. Quod ne fieret, capilli cicadarum opera sine dubio non solum sursum colligendi, sed etiam in unum nodandi erant. Nam si sursum tantum nodati fuissent crines, non intellegeretur, nec qua de causa, nec quo loco, nec quomodo omnino τεττίγων ἔνερσις facta sit. Ergo Thucydidi dicendum erat crines et sursum et in unum collectos fuisse, hoc

autem redditur solum per *συναναδεῖσθαι*. Praeterea comprobatur haec scriptura scholiastae verbis his: *κρωβύλος δέ ἐστιν εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν, ἀπὸ ἑκατέρων εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον*. Verba ultima, *εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον*, scribere non potuisset scholiasta, nisi Thucydidis verbis idem iam infuisset, in unum collectos esse crines, ergo nisi legebat *συναναδούμενοι*. Itaque hoc restituendum puto.

Ceterum de forma illius crobyli vetus est dissensio inter homines doctos[1]) neque puto certi quidquam de ea posse inveniri. Quod cum iam ipsa dissensione vetusta comprobatur, tum omnia, quae grammatici aliique de crobylo referunt ad hunc Thucydidis locum redire videntur, neque unus eorum accuratiorem descriptionem ante oculos habebat alicuius veterum, qui ipse viderat, quomodo comparatus fuerit ille cirrus. Non igitur plus de crobylo sciebant, quam nos, sed interpretando demum eos locos, quibus a veteribus in praetereundo quasi commemoratur (locos collegit K. F. Hermann Priv. Alt. §. 23, 11), verisimile aliquid reperire studebant. Itaque suam quisque sibi habeat de crobylo opinionem: qualis re vera fuerit demonstrari nequit.

I. 8. (19, 34) *συντεθαμμένων* Greg. cod. Mon. *συντεθαμμένοι* Greg. cett. cod. *συντεθαμμένηι* A. *συντεθαμμένηι* cett. codd.

Ut intelligamus quid scripserit Thucydides, scire opus est, quid sit *σκευὴ τῶν ὅπλων* Vulgo vertitur hoc loco *σκευή* per „Rüstung", sed hoc rectum esse non potest, quia tum non intellegitur, nec cur *τῶν ὅπλων* additum sit, nec quomodo *ὅπλα* et *σκευή* inter se differant. Mea quidem sententia *σκευή* est omnis res apta ad aliquem vel aliquid instruendum seu ornandum, ergo „apparatus, habitus, ornatus". Dici igitur potest de militum, equorum, navium apparatu, neque *ὅπλων σκευὴ* aliud quidquam est atque armorum apparatus, et Cares agnoscebantur hoc armorum apparatu, id quod tum demum fieri potuit, cum apparatus armorum singularis fuit. Diversum autem fuisse Carum et Graecorum armorum habitum refert

[1]) Cfr. Schreiber, der attische Krobylos (Mittheiluugen des ath. Institt. 1883) p. 267, Helbig, Comm. Momms. p. 616, Birt Rh. Mus. 1878 p. 625.

Herodotus (I, 171) et schol. nostro loco. Verto igitur: „man erkannte die Karer an der eigenthümlichen Zurüstung ihrer Waffen". Jam apparet *συντεθαμμένῃ* falsum esse oportere, quia dativus nisi ad *σκευῇ* referri non potest, Thucydides igitur diceret: „cognoscebantur ex habitu armorum quocum sepulti erant", quod ineptum esset, neque enim habitus armorum, sed arma ipsa cum Caribus sepeliebantur. Neque vero *συντεθαμμένοι* rectum esse potest, ut Krueger (Hist. phil. Studd. II, 206) recte exponit et nunc omnibus persuasum est. Restat igitur *συντεθαμμένων*, quae scriptura sola rectum nihi videtur praebere: „agnoscebantur ex habitu armorum una cum iis sepultorum".

I. 9. (20, 16) *τῶν προτέρων* (*πρότερον* Mon.)] *πρότερον* codd. Utra scriptura oriunda sit a Thucydide disceptari non potest, quia utrumque eodem iure dicitur, perfacile autem alterum ex altero oriri potuit. Mea quidem sententia et hic et alias, ubi et codicum et scholiastae scriptura eodem iure a Thucydide oriunda esse potest, neque ex grammatica ratione, neque ex usu Thucydideo inter eas disceptari posse videtur, sine ulla dubitatione remanendum est in codicum scriptura. Minus igitur probandum puto, quod Sadée (p. 165 [249]) ad Thuc. VII, 70, 2. pro codicum *προτέρων* ex Dionys. Hal. 875, 15 *πρότερον* restituere vult.

I, 17. (25, 18) *εἰς τὸ τὸ σῶμα καὶ τὸν ἴδιον οἶκον αὔξειν*] *ἐς τε τὸ σῶμα καὶ ἐς τὸ τὸν ἴδιον* codd. Sententia verborum scholiastae eadem est quae codicum, verba tantum sunt alia. Atque quod primum ad *τε τὸ σῶμα* et *τὸ τὸ σῶμα* attinet, constat, talem repetitionem eiusdem articuli formae ex usu atque sermone graeco non fuisse, inprimis ex Platonis sermone saepius demonstratum est, si eadem articuli forma bis ponenda fuisset, revera unam tantum esse usurpatam. Itaque dubitari non debet, quin *τὸ τὸ* facili librarii errore corruptum sit ex *τε τό*. Deinde scholiasta alterum *ἐς τό* post *καὶ* omittit, quod re vera haud ita necessarium videtur. Sed propter id ipsum quod tam paucis verbis ante idem *ἐς τὸ* usurpatum legimus, credibile non est, a lectore esse repetitum. Praeterea propter *τὸ τὸν* ineleganter positum, codicum scriptura magis Thucydidea videtur. Adamat enim Thucydides cacophonias, quas vocamus, itaque iam Kruegerus formas collegit, quales *ἐπεσε-*

νεγκάμενοι, ἐπεσέπλεον, ἀπετετέλεστο (Kr. I, 1, 2) et locum nostro simillimum (IV, 103, 1) *Βρομίσκον ξ ἡ Βόλβη λίμνη ἐξίησιν ἐς θάλασσαν.* Grammaticos autem haud raro tales locos emendare studuisse per se patet, itaque Gregorii quoque scripturam ex grammatici emendandi studio ortam ergo refellendam puto.

25, 10. *ἐπράχθη δὲ*] *τε* codd. *τε* et *δὲ* persaepe immutantur neque semper pro certo affirmare possumus, quid re vera a scriptore oriundum sit, sed hoc loco *τε* amplectendum videtur; verbis enim quae praecedunt non novum aliquid opponitur, sed sententia inchoata ad finem perducitur: „und so wurde denn nichts Bedeutendes von ihnen geleistet". Prorsus ita res se habet II, 65 (141, 22) ubi Aristides *ἐγίγνετο δέ* pro *τε* exhibet.

I, 18. (26, 1) *ἔτη γάρ ἐστι μάλιστα τετρακόσια ἃ Λακ.*] *μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου ἀφ' οὗ Λακ.* codd. Ex verbis quae Hermogenes omittit verba *ἐς τὴν — πολέμου* nullo modo deesse possunt, quia tum deesset terminus, unde in numerando initium esset faciendum. Itaque si haec verba simplici librarii errore omissa sunt, idem iam per se suspicandum est de ceteris verbis, quae eodem in loco ab Hermogene omittuntur, quamquam miror, in editionibus nihil ad verba *καὶ ὀλίγῳ πλείω* adnotatum esse, nam quid est *μάλιστα τετρακόσια ἔτη καὶ ὀλίγῳ πλείω*? Ad *μάλιστα* quidem adnotat Kruegerus: „*μάλιστα* „ungefähr", etwas mehr oder weniger", et consentit cum eo Classenus c. 13, 3. At, si haec est vis vocabuli *μάλιστα*, quomodo ad numerum incertum alia definitio numeralis non magis certa addi potuerit, non exposuerunt. Quid enim est: „es sind ungefähr 400 Jahre und noch etwas darüber"? Aliter Voemelius (Frankf. Herbstprogr. 1852) explicavit *μάλιστα*. Adnotat enim scholiasta ad I, 17 *δι' ἀσφαλείας ὅσον ἐδύναντο μάλιστα τὰς πόλεις ᾤκουν* haec „*μάλιστα ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς*", ita ut per *μάλιστα* non indefinitum quidquam, sed certum atque accurate circumscriptum significatum velit nostraque lingua sit vertendum: „Soweit es möglich war bewohnten sie in Sicherheit gerade die Städte". Ad III, 92, 5 *Ἡράκλεια ἀπέχουσα Θερμοπυλῶν σταδίους μάλιστα τεσσαράκοντα* schol. adnotat *μάλιστα ἀντὶ τοῦ κατ' ἀκρίβειαν*: „Heraclea ist von den Thermopylen genau 40

Stadien entfernt". Neque aliter Voemelio videtur vertendum esse iis locis, quibus ad numerum praeter *μάλιστα* altera definitio numeralis additur (p. 6) et vertit: VII, 80 (502, 26) *τὸ δὲ Δημοσθένους τὸ ἥμισυ μάλιστα καὶ πλέον ἀπεσπάσθη* „das Corps des Demosthenes, welches genau die Hälfte des Heeres und etwas darüber ausmachte wurde abgetrennt" et nostro loco vertit: „es sind genau 400 Jahre und noch etwas darüber". Sed quis est, quin intellegat, hanc explicationem nullo modo rectam esse posse, quis enim affirmet numerum: *τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω* esse accuratum? immo ob id ipsum, quod ad certum numerum altera definitio certis finibus non circumscripta (*καὶ ὀλίγῳ πλείω*) additur, totus numerus certus esse non potest, neque quisquam, si numerum accuratum nominare vult, dicat „es sind 400 Jahre und etwas mehr" sed qui ita loquitur sine dubio numerum incertum affert. Itaque Voemelii explicandi ratio recipienda non videtur. Neque tamen, cum alter ille locus (VII, 80) prorsus ita comparatus sit, quidquam mutandum, nec de invenienda explicatione vera desperandum est. Cardo autem totius quaestionis in explicanda particula *καὶ* versari mihi videtur, nam huius particulae sententiam non simplicem copulativam esse hoc loco, apparere puto. Atqui per *μάλιστα*, ut Classenum sequar, significatur numerum commemoratum ad verum numerum quam proxime accedere, neque tamen hoc dici posse, utrum verus numerus minor fuerit an maior. Itaque fieri potest, ut praeter *μάλιστα* ad numerum alia definitio addatur, cuius vis est, accuratius explicare, utrum verus numerus minor fuerit an maior. Quae definitio, si cum numero coniungitur per *καὶ*, apparet, huius particulae vim non copulativam, sed explicativam esse oportere et vertendum esse per „und zwar". (cfr. Kruegeri editionis indicem s. v. *καὶ*).

26, 2 *ᾱ Λακεδαιμόνιοι*] *ἀφ' οὗ Λακ.* codd. *ᾱ ἀφ' οὗ Λακ.* A. In quibusdam igitur codicibus *ᾱ* scriptum fuit, id quod etiam schol. Thuc. ad hunc locum adnotat: *γράφεται καὶ „ᾱ" ἢ „εἰς ᾱ ν' ἔτη οἱ Λακεδαιμόνιοι" τουτέστιν ἐν οἷς ἔτεσιν.* Sed a Thucydide scriptum mihi quoque, sicut plerisque editoribus, videtur *ἀφ' οὗ*, nam ad haec verba explicanda fortasse simplicius *ᾱ* adnotari potuit, non autem ad *ᾱ* illud *ἀφ' οὗ*.

I, 32. (34, 10) Neglegenter locum esse descriptum iam

ex repetita allocutione apparet, sed quin in Georgii Diaeretae codice ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, non ut apud nos ὦ Ἀθηναῖοι, revera infuerit, dubitari non debet. Cum igitur quaeratur, utrum Thucydides hoc loco scripsisse videatur, investigandum est, quaenam sint appellationes in orationibus Thucydideis et quomodo variae appellationes usurpentur. Quae res ita se habet, ut in initio orationis aut desit omnis appellatio, aut nomina tantum eorum appellentur, qui audiunt, aut ad eorum nomen addatur vocativus ἄνδρες. Atque inter 46 oratt. Thucc. deest omnis appellatio in 15 orationibus: I, 37. 73. 86. II, 35. 60. III, 37. 42. 61. V, 85. VI, 9. 33. 36. 41. 82. 89. Nomen tantum audientium vocatur in 16 hisce orationibus I, 32, 68. 80. 140. II, 71. III, 30. IV, 17. 59. 85. 95. VI, 16. 2. 76. VII, 11. 66. 77. Ad nomen audientium additus est vocativus ἄνδρες in 15 orationibus I, 53 (bis) 120. II, 11. 72. 73. 87. 89. III, 9. IV, 10. 92. 126. V, 9. IV, 68. VII, 61.

Quibus ex exemplis statim cognoscitur, in contione civium aut omnino omnem appellationem esse omissam, aut simpliciter nomen audientium esse vocatum, in contione autem militum usitatam allocutionem hanc fuisse, ut ὦ ἄνδρες aut solum, aut cum nomine populi coniunctum usurparetur. In 13 enim orationibus sic milites appellantur, ter tantum deest vocativus ἄνδρες in orationibus ad milites IV, 95. VIII, 66 et 77. Sed ad 13 alias orationes respicienti mihi dubium non est, quin his tribus locis errore librariorum omissum nobisque restituendum censeam vocativum ἄνδρες. Jam cum quaeratur, cur Thucydides in orationibus ad milites tantum hac appellatione usus sit, verbis ὦ ἄνδρες laudis aliquid atque comitatis subesse videtur, ita ut orator statim initio orationis militum ἀνδρείαν commemoret, sine dubio ut etiam magis eos inflammet ad fortitudinem. Sin autem plus huic, quam usitatae appellationi subest comitatis, apparet, eam etiam ad contionem civium transferri posse, nimirum tum, cum oratori cordi est appellatione comiore blandiri audientibus, eosque movere, ut magnum aliquid ipsi concedant. Itaque invenitur haec allocutionis forma III, 9 et I, 120, ubi Lacedaemonii in civium contione a petentibus Corinthiis et Mytilenaeis ita appellantur. Ergo si aliquo loco eadem forma allocutionis tradita est et causa cogitari potest, cur orator hanc comiorem allocutionem praetulerit, haec lectio recipienda videtur. Itaque cum res nostro

loco sese habere mihi videatur, aptius puto, Thucydidem Corcyraeos petentes ab Atheniensibus auxilium dicentes facere ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

Quod ad formas appellationis, quae restant, nihil interesse videtur, utrum nomen audientium nominatum sit ab oratore necne. Nam equidem e. g. nullam video causam, cur Nicias, bis de Sicilia verba faciens (VI, 9 et 20), in priore oratione omittit appellationem, ponit in posteriore. Praeterea plus semel accidit, ut in initio alicuius orationis desit appellatio, ponatur in parte posteriore velut I, 73 Lacedaemonii non appellantur, cum postea c. 75 et 76 appellentur per ὦ Λακεδαιμόνιοι, idem invenitur III, 61 et 67, VI, 82 et 87, VI, 89 et 92. Itaque concedendum puto, nil interesse, utrum apud Thucydidem oratores in initio orationum simplicem nomen appellatorum vocent necne. Nam si aliter res se haberet, duas illas appellandi formas in eadem oratione inveniri non posse apparet.

34, 11. Ἥκοντας παρὰ τοὺς Ἀθηναίους [λέγειν οὐ τῷ τρόπῳ ἀλλὰ τῇ γνώμῃ] ἐπικουρίας] Verba post Ἀθηναίους uncis inclusa in nostris codicibus desunt, neque quid hoc loco sibi velint intellegitur, nam ad totam sententiam quadrare non posse apparet. Atqui adnotat schol. Thuc. ad παρὰ τοὺς πέλας haec: πέλας τῇ γνώμῃ· οὐ γάρ ἐστιν ἡ Κέρκυρα πέλας τῶν Ἀθηναίων. Inest in hoc scholio idem τῇ γνώμῃ, quod apud Gregorium est. Inde suspicor, Thucydidis scholion et haec Gregorii verba λέγειν — γνώμῃ ex eodem emanasse fonte h. e. ex aliquo codice, in quo etiam maiora scholia erant adscripta. Ex tali maiore scholio noster schol. Thuc. unum verbum sumpsit, complura Gregorius, quae per neglegentiam in ipsum textum recepit.

I, 33. (35, 22). Optime respondet τε a Syriano post δυναμένους additum particulis quae secuntur καὶ . . καὶ, nec dubitari debet, quin τε — καὶ suo loco a Syriano sit traditum (Krueger Spr. 69, 59 A 1). Perfacile in describendo τε omitti potuit, cum minus sit verisimile, Syrianum, qui in his quidem locis Thucydideis exscribendis longe diligentissimus videtur Hermogenis scholiastarum, hoc τε addidisse. Itaque non dubito, quin vocula quamvis minuta Thucydidi cum emolumento orationis reddenda sit.

I, 35. (36, 9) *πρὸς Λακεδαιμονίους*] *Λακεδαιμονίων* codd. Invenitur apud Thucydidem promiscue *σπονδή τινος* (I, 131, 35 — V, 30) et *πρός τινα* (I, 44 — VI, 7). Fortasse genetivus hoc loco in textu fuit et superscriptum *πρὸς*, inde enim explicari possit, quod Aldina exhibet *τὰς πρὸς Λακεδαιμονίων*.

36, 19. Verba *κινδυνεύοντας καὶ* de consilio omisit Marcellinus, solum enim ob verba *οὐκ ἐχθροὺς ὄντας* hunc locum exscripsit, ut ipsius verba demonstrant: *βέβαιον δέ πως δοκεῖ τὸ τοιοῦτον ὃ καὶ Θουκυδίδης ἐκ τοῦ ἐναντίου πεποίηκεν ἐπὶ τῶν Κερκυραίων, οὐκ ἔχων γὰρ δεῖξαι τὸ τῆς φιλίας εὔλογον εἰς συμμαχίαν, τῷ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐχρήσατο „ἡμᾶς μὲν γὰρ οὐκ ἐχθροὺς ὄντας ἀπώσεσθε“ καὶ οὐκ εἶπεν „φίλους“*.

I, 52. (45, 19) *ἀπέπλευσαν ἐπί*] *ἐπέπλευσαν ἐπί* codd. Athenienses, cum Corcyra non sint avecti, sed tantum modo contra hostes naves solverint, pugna autem commissa Corcyram in portum redierint, non *ἀπέπλευσαν* sed *ἐπέπλευσαν*. Erravit igitur Gregorius seu librarius in praepositione exscribenda, id quod persaepe in codicibus invenitur, cum praepositiones similes similibus compendiis scriberentur (cf. Cobet novv. lectt. 278 sq.). Unde fit, ut praepositiones aliaeque eiusmodi voculae etiam plane omittantur a librariis. Velut legimus IV, 120 (306, 25) *Σκιώνη ἀπέστη ἀπ' Ἀθηναίων πρὸς Βρασίδαν*, exhibet autem schol. Ar. vesp. 210 *Φιλόχορός φησι Βρασίδαν ἀποστῆσαι Σκιωναίους τῶν Ἀθηναίων*. Philochorus hoc loco praepositionem non legisse videtur, quamquam minime certum est, num etiam a Thucydide sit omissa. Promiscue enim usurpatum invenimus a Thucydide *ἀφιστάναι* cum *ἀπὸ* et cum simplici genetivo, velut cum *ἀπὸ* I, 104 (74, 7), III, 2 (171, 31), cum genetivo II, 80 (152, 8), II, 3 (102, 31). Itaque enucleari non posse puto, utrum *ἀπὸ* seu simplex genetivus a Thucydide scriptus fuerit. Reddidisse autem Philochorum, quem hic sequitur scholiasta, verba Thucydidis ita ut apud Thucydidem invenit, inde concludendum est, quod etiam alii Philochori loci dilucide demonstrant, eum non novisse tantum Thucydidem (cf. Wilamowitz Herm. XII, 333 Anm. 13), eumque in rebus enarrandis sequi, sed etiam verbum exscripsisse ex verbo. Conferas hos inter se locos:

V, 17—19.

Schol. Ar. Pax. 466 *ἐπὶ γὰρ Ἀλκαίου σπονδάς φησι γεγονέναι Φιλόχορος πεντηκονταετεῖς Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις πλὴν Βοιωτῶν καὶ Κορινθίων καὶ Ἠλείων.*

... ἄρχει δὲ τῶν σπονδῶν .. ἐν Ἀθήναις ἄρχων Ἀλκαῖος (329, 9).. *ἔτη δὲ εἶναι τὰς σπονδὰς πεντήκοντα Ἀθηναίοις . . καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις* (327, 28) *πλὴν Βοιωτῶν καὶ Κορινθίων καὶ Ἠλείων* (327, 14).

III, 115.

Schol. Ar. Vesp. 240 *Λάχητα οἱ περὶ τὸν Φιλόχορον διαδέξασθαί φασι Σοφοκλέα καὶ Πυθόδωρον.*

Πυθόδωρον . . . διάδοχον ἂν ὁ Λάχης ἦρχεν (236, 33).

IV, 65.

Schol. Ar. Vesp. 240. *οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλόχορόν φασι Σοφοκλέα καὶ Πυθόδωρον φυγῇ ζημιωθῆναι.*

Ἀθηναῖοι . . φυγῇ ἐζημίωσαν Πυθόδωρον καὶ Σοφοκλέα (274, 2).

I, 114.

Schol. Ar. Nub. 213 *Περικλέους στρατηγοῦντος καταστρέψασθαι [Ἀθηναίους] πᾶσαν [Εὔβοιαν] φησὶ Φιλόχορος καὶ τὴν μὲν ἄλλην ἐπὶ ὁμολογίᾳ καταστα θῆναι· Ἑστιαιέων δὲ ἀποικισθέντων αὐτοὺς τὴν χώραν ἔχειν.*

Περικλέους στρατηγοῦντος κατεστρέψαντο πᾶσαν καὶ τὴν μὲν ἄλλην ὁμολογίᾳ κατεστήσαντο. Ἑστιαιᾶς δ' ἐξοικίσαντες αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον (79, 34).

Quem locum desumptum esse ex Thucydide iam (ut par erat) Muellerus observavit (cfr. Strenge: quaestt. Philoch. p. 50).

I, 53 (45, 32) *προπέμψαι*] *προσπέμψαι* codd. — *προπέμπειν* quod etiam C exhibet est „vorher schicken", scil. antequam Athenienses eos aggrederentur, quod ne facerent timendum erat. In dativo offendendum non est, nam si *πέμπειν τινί* „an Jemand schicken" dicere licet, non minus licet *προπέμπειν τινί* „vorher an Jemand schicken", ut etiam invenimus I, 29 (32, 29) IV, 30 (256, 2). In *προσπέμψαι* autem *πρὸς* supervacaneum esset, suffecisset simplex *πέμπειν*. Optime igitur etiam *προπέμπειν* a Thucydide profectum esse potest, sed

quid re vera scripserit nescimus. Ceterum saepius praepositiones a librariis esse immutatas, demonstravit Ullrich: Beiträge II, p. 30 A. 26.

I, 70. (55, 3) ἃ ἄν *γνῶσιν*] ὃ ἄν *γνῶσιν* codd. Rectius videtur ἃ quam ὅ, quia etiam in proximo enuntiato obiectorum numerus semper est pluralis. Deinde etiam infra, cum de iisdem rebus dicitur, pluralis usurpatur: *καὶ ἃ μὲν ἂν ἐπινοήσαντες* — ἃ ἂν *ἐπινοήσωσι* — *ὧν ἂν γνῶσι*. Itaque Classeno assentior, qui iam antea, huius scholiastae ignarus ὅ mutavit in ἅ (Kritt. Bemerkgg. zu 70, 7). Sed fortasse aliquis dicat huic anonymo nihil tribuendum esse, quia statim eundem locum iterum exscribens non ἃ sed ὃ scribit. Sed hoc altero loco (VII, 609, 14) etiam alia Thucydidis verba differunt ab iis, quae in priore sunt exscripta et scholiasta quam accuratissime nostros codices sequitur. Hoc ita tantum explicari potest, ut alterum locum non ab eodem scholiasta exscriptum sumamus, a quo prior exscriptus est. Re vera etiam non est verisimile, eundem scholiastam aliquem locum, quem iam p. 608 adscripserat, proxima in p. 609 iterum adscripsisse. Fortasse autem prior locus (608) a postero scholiasta additus est, non solum quia alterum praecedit, sed etiam quia brevior est.

I, 71. (56, 4) Locus a scholiasta exscriptus est adiectivi *ἀρχαιότροπος* causa, quod hoc uno loco a Thucydide usurpatur; schol. omittit igitur de consilio verba *ὅπερ* — *ἐδηλώσαμεν* ad rem suam non necessaria.

I, 75. (58, 29) *ἆρα ἄξιοι δοκοῦμεν ὑμῖν ὦ Λακ.*] *ἆρ᾽ ἄξιοί ἐσμεν ὦ Λακ.* codd. Hermogenis scriptura praeferenda mihi videtur. Nam Corinthii, qui antea dixerunt, c. 70 ita verba faciunt: *ἄξιοι νομίζομεν εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν.* Ad haec verba cum noster locus respiciat, intellegitur, quam apte Athenienses fere iisdem verbis respondeant: *ἆρα ἄξιοι δοκοῦμεν ὑμῖν οὕτως ἐπιφθόνως διακεῖσθαι.* — Hunc in modum saepius apud Thucydidem oratorum verba respicere ad aliam orationem, notum est. Ceterum qua de causa *δοκοῦμεν ὑμῖν* mutatum sit non satis perspicio (nam casu omissum esse vix crediderim), nisi putamus ab aliquo lectore *ἐσμέν*, quod paululum simplicius est, superscriptum et id postea in Thucydidis ipsa verba receptum esse. Aliter de simillimo loco censendum *puto cfr. II, 60.*

I, 78. (61, 3) Dubium non est, quin *δίκῃ λύεσθαι* quod codices exhibent mutandum sit in *δίκῃ διαλύεσθαι*, non solum quia Aristidis schol. hunc Thucydidis locum reddens ita scribit (praeterea etiam Aristides ipse II, 248 dicit *δίκῃ διαλύεσθαι περὶ τῶν διαφόρων*), sed quia ipse Thucydides fere semper, ubi de bello vel controversiis dirimendis verba fiunt, *διαλύειν* usurpat (cf. Bétant s. v.) vel *καταλύειν* (I, 24; 82). Semel (I, 42, 3) dicit *ἔγκλημα λῦσαι*, quo quidem loco, respicienti mihi ad tot alios locos, quibus *διαλύειν* usurpatur, dubium non est, quin *διαλῦσαι* sit scribendum, inprimis cum tam facile fieri potuerit, ut librarius negligeret illud ΔΙΑ post MA, lineamenta simillima, collocatum. Classenus mutavit Kruegerum secutus V, 31, 2 *λυσάντων τὸν πόλεμον* in *καταλυσάντων* nam „*λύειν πόλεμον* findet sich nirgends". Mirandum igitur est, quod nostro loco non offendit, nam si alienum a Thucydidis sermone est *λύειν πόλεμον*, quin *λύειν διάφορα* vel *ἐγκλήματα* alienum sit, fieri non potest.

I, 115. (80, 5) Apud Thucydidem legimus Athenienses reddidisse Lacedaemoniis *Νίσαιαν καὶ Πηγάς*. Defecerant enim Megarenses ab Lacedaemoniis (I, 103) ad Athenienses, qui in eorum terra obsederant Megaram eiusque portum Nisaeam et Pegas. Postea, cum rursus ab Atheniensibus defecissent Megarenses, Athenienses autem pacem facerent cum Lacedaemoniis (I, 115), pacis conditionum una fuit haec, ut Athenienses Lacedaemoniis ea redderent, quae in Peloponneso occupaverant (*ταῦτα γὰρ εἶχον Ἀθηναῖοι Πελοποννησίων*). Itaque Atheniensibus praeter alias etiam tres illae urbes reddendae erant, quas in Megarensium finibus possidebant, Megara, Nisaea, Pegae. Quarum urbium duas redditas esse a Thucydide commemoratur, Megara omittitur. Cum autem dubitari non debeat, quin Athenienses Megarae simul cum portu Nisaea renunciaverint, codicum verbis *Μέγαρα καὶ* addendum videtur. Quae coniectura comprobatur Aristidis verbis qui, ter hunc locum referens, semper addit *Μέγαρα* ad quatuor nomina nostrorum codicum. Sine dubio igitur Aristides hoc *Μέγαρα* in suo codice Thucydideo legit, id quod inde etiam verisimilius fit, quod cogitari non potest, Aristidem, qui situm illorum oppidorum plane ignorabat (*ἀπέδωκε Μέγαρα Τροιζῆνα Πηγὰς — Μέγαρα Νίσαιαν Τροιζῆνα Ἀχαΐαν Πηγὰς — Μέγαρα Νίσαιαν καὶ Πηγάς*) *ultro addidisse* vocem „*Μέγαρα*".

Attamen duabus de causis opinio nostra videtur non probanda. Primum enim paululum antea (c. 114) narratum iam erat, Megarenses descivisse ab Atheniensibus eorumque milites Megaram custodientes aut interfecisse aut pepulisse ex urbe, ita ut Athenienses Megaram omnino noniam possiderent. Ob id ipsum aliquis dicat, Thucydidem hoc loco dicere non potuisse „Athenienses reddebant Megaram Lacedaemoniis" si quidem ipsi urbem non habebant. Deinde IV, 21 Thucydides ad hanc pacem respiciens iterum omittit Megarae nomen. At contra prius argumentum monendum videtur, nihil interesse utrum Megara re vera in Atheniensium manu fuerit necne, nam Lacedaemonii tum demum legitime et ex populorum iure Megaram possidebant, si expressis verbis et ritu usitato eam ab Atheniensibus acceperant. In pacis igitur documento, cuius sententiam Thucydides hic adumbrat, si singulae urbes enotatae erant, quas antea obsederunt Athenienses, quibusque tum renuntiabant, Megara deesse nullo modo potuit. Sin autem in pacis documento nominata erat, cur Thucydides omiserit nulla exstat causa.

Deinde autem hoc loco commemorat Thucydides etiam Pegas, quamquam hoc quoque oppidum tum cum pax fieret in Atheniensium manibus noniam erat. Narravit enim Thucydides I, 103 *προσεχώρησαν δὲ καὶ Μεγαρῆς Ἀθηναίοις . . . καὶ ἔσχον Ἀθηναῖοι Μέγαρα καὶ Πηγάς*. Cum autem (c. 114) Megarenses ab Atheniensibus deficerent, *οἱ φρουροὶ Ἀθηναίων διεφθαρμένοι εἰσὶν ὑπὸ Μεγαρέων, πλὴν ὅσοι ἐς Νίσαιαν ἀπέφυγον*, sine dubio igitur etiam illi *φρουροί* expulsi erant, qui Pegas custodiebant, ita ut Athenienses unam Nisaeam tantum haberent. Sin autem Thucydides nihilosecius illius oppidi deditionem commemorat, quin etiam Megaram commemorare opus fuerit, dubium esse non potest. — Postremo autem animadvertendum est, quam facile lector aliquis, qui antea legerat, Megaram in Atheniensium manibus noniam fuisse, eo perduci potuerit, ut *Μέγαρα*, si in codice legebat, inepte additum itaque delendum censeret. — Quae cum ita sint equidem facere non possum, quin restituam *Μέγαρα καὶ* ante *Νίσαιαν*. Quod autem ad alterum locum (IV, 21) is quoque non minus mihi videtur corruptus. Quomodo enim cogitari potest, Cleonem a Lacedaemoniis Nisaeam et Pegas postulavisse, velutsi Megara urbs sola sine duobus illis portubus aliquid valeret? Quomodo fieri

potuit ut Nisaea et Pegae ab Atheniensibus, Megara, quae in medio interposita est, ab Lacedaemoniis vel aliorum militibus custodiretur? Qui duos illos portus possidet, nullo modo concedere potest, Megaram ab aliis possideri, itaque Cleo hoc loco praeter Nisaeam et Pegas etiam Megaram postulare debebat. Ergo hoc quoque loco restituendum esse *Μέγαρα καὶ* negari non debet, cumque Thucydides dicat Cleonem postulasse a Lacedaemoniis ea quae accepissent illi *ἀπὸ τῆς προτέρας ξυμβάσεως*, rursus id comprobatur, quod supra suspicati sumus I, 115 scribendum esse . . *ἀποδόντες Μέγαρα καὶ Νίσαιαν καὶ Πηγάς*. Quod autem duobus locis eadem corruptela in nostris codicibus invenitur, haec res ita tantum explicari potest, ut sumamus, IV, 21 ex priore loco esse mutatum. Neque haec opinio quidquam in se habet offensionis, si nobiscum reputamus, quot loci apud Thucydidem a grammaticis sint corrupti. — Quarum interpolationum, quae persaepe ita sunt comparatae, ut ex ipsius scriptoris verbis nemo corruptelam suspicari possit, novam investigasse mihi videor. Adnotat enim schol. Ar. Ach. 12 ad *πῶς τοῦτ' ἔσεισέ μου δοκεῖς τὴν καρδίαν;* haec: *ἐνσειστον οὖσαν τῇ φύσει, μᾶλλον ἐξέσεισε* (*κέχρηται δὲ τῇ ὑπερβολῇ τῇ ἐπὶ τῆς καρδίας καὶ Θουκυδίδης τὸ ὄνομα φράζων*). Quorum verborum, quamvis corruptorum, tamen haec sine dubio est sententia, a Thucydide aliquo loco usurpari verbum *σείειν*, ubi sermo est de corde (*ἐπὶ τῆς καρδίας*). Talis autem locus, cum in nostris codicibus noniam exstet, mutatus sit oportet a grammaticis. Usurpatur autem vocabulum *καρδία* semel apud Thucydidem (II, 49), ubi de morbo dicitur: *καὶ ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι, ἀνέστρεφέ τε αὐτήν*. Cumque praeterea nusquam apud Thucydidem *καρδία* inveniatur, *σείειν* quoque hoc uno tantum loco coniunctum fuisse potest cum *καρδίᾳ*. Itaque scholiastae verbis confisus suspicor, pro vulgari *ἀνέστρεφε* scribendum esse *ἔσειε* [1]). Vix necessarium videtur monere, simil-

[1]) Quam coniecturam qui comprobaverit inde exstrema quoque scholiastae verba poterit sanare. Deest enim in scholio ulla adnotatio, quanam in parte Thucydidis historiarum verbum *σείειν* ita sit usurpatum, cum alias soleant scholiastae locum quem significare volunt paululum accuratius definire. Quae definitio apud scholiastam desiderata latere mihi videtur in verbis corruptis *τὸ ὄνομα φράζων*, cumque Thucydides *καρδίαν σείειν* utatur in morbo describendo, suspicor, pro verbis *illis scribendum esse, τὸ νόσημα φράζων*, „quo loco morbum describit".

limas apud Thucydidem corruptelas iam ab aliis esse demonstratas, velut VI, 74, 2, ubi *ὅρια* ex scholio omnium consensu restituit Pluygers (Mnem. XI, 92 cf. Stahl in adn. crit.). Ex Stephano Byzantio nomina propria restituit B. Niese; II, 23 iam ante eum *Γραικήν* ex Stephano pro codicum *Πειραϊκήν* restitutum erat, qua de emendatione haud male B. Niese (Herm. XIV, 424): „Hätte uns Stephanus nicht das Richtige erhalten, so würden wir noch jetzt die *Πειραϊκή* in unsern Texten sehen, ja selbst wenn durch eine glückliche Vermutung das Richtige erraten wäre, so würde diese doch schwerlich zu allgemeiner Anerkennung durchgedrungen sein".

I, 141. (97, 29) *αὐτοῖς ἐστιν*]. Si codices in aliquo vocabulo collocando inter se discrepant, plerumque signum est, textum hoc loco sanum non esse. Itaque hoc quoque loco mirari debemus, quod Sopater *αὐτοῖς* ante *ἐστίν* ponit, codices fere omnes post *ἐστίν*, unus C omittit. Sine dubio *αὐτοῖς* in archetypo superscriptum fuit. Cuius superscriptionis causa fuisse potest omissio aut articuli *τῷ*, aut pronominis *αὐτοῖς*. Atque mihi verisimilius est, Thucydidem scripsisse *τῷ* et hoc a librario archetypi esse omissum. Primum enim loco simillimo (VI, 6, 3) ita legitur: *ἐψηφίσαντο πρέσβεις πέμψαι πρῶτον ἐς τὴν Ἔγεσταν περί τε τῶν χρημάτων σκεψομένους εἰ ὑπάρχει ἐν τῷ κοινῷ*. Deinde pronomen *αὐτὸς* haud raro a lectoribus additum videtur, ut magis appareat, quo enuntiati verbum sit referendum. Jam Poppo ad I, 18 *τῶν νῦν ἐνοικούντων αὐτὴν Δωριέων* ex variis scripturis (*ἐν αὐτῇ*, *αὐτῇ*, *αὐτὴν*), varia collocatione, omissione in cod. E conclusit, hoc pronomen ab interpretibus additum esse; etiam c. I, 32 (34, 16) post *ὀργιζεσθαι* in cod. Bas. *αὐτοῖς*, itemque c. I, 91 (68, 6) post *ἐνοικοῦντας* in CG *ἐν αὐτῇ* falso additum est. Postremo Sopater hoc loco exhibet *ἐν τῷ κοινῷ* itaque hoc in eius codice fuisse videtur. Quibus de causis puto scribendum esse nobis *οὔτ' ἐν τῷ κοινῷ χρήματά ἐστιν, ἔπειτα*... Mirum tamen in modum Sopater ad *τῷ* addit etiam *αὐτοῖς*. Quod ita tantum explicandum videtur, ut haec Sopatri excerpta Thucydidea postea ab alio collata sumamus cum Thucydidis exemplari, in quo

---

Vocabulum *νόσημα* propterea electum videtur, quia a Thucydide in illo ipso loco saepius usurpatur [II, 49 (131, 12); 51 (132, 1)], cumque poëtici sit sermonis, facile a librariis corrumpi potuit. —

αὐτοῖς scriptum fuit et inde adscriptum fuisse αὐτοῖς. Hunc in modum haud raro excerpta veterum scriptorum correcta esse, iam a doctis hominibus cognitum est.

II, 7. (105, 30) λελυμένων ἤδη λαμπρῶς] λελυμένων λαμπρῶς codd. — Insert scholiasta ἤδη inter λελυμένων et λαμπρῶς quod idem deest in nostris codicibus. Sine dubio infuit in scholiastae codice, exscripsit enim scholiasta verbum ex verbo, neque ulla exstat causa, cur ἤδη vocabulum addiderit (ad id quod voluit certe supervacaneum) nisi infuit in suo Thucydidis codice. Neque cogitare licet errore librarii ortum esse ἤδη, quia literae, inter quas est interpositum, non sunt ita comparatae, ut ex iis facile possit corrumpi. Sin autem ἤδη in scholiastae codice Thucydideo fuit, non debet dubitari quin a nobis restituendum sit, praesertim cum optimam hoc loco sententiam praebeat. Significatur enim hoc ἤδη etiam luculentius, solutum fuisse foedus ex quo tempore Plataeas aggressi erant Lacedaemoniorum socii, ac demonstratur, qui foederum solutio pertineat ad Plataeas obsessas, ita ut fortasse vertendum sit: „postquam Plataeis res illae gestae et exinde foedera soluta sunt". Haud aliter usurpatum invenimus ἤδη velut I, 18, 3, — ubi Classen vertit „nunmehr", id quod nostro quoque loco optime quadrat, — vel I, 49, 7. II, 20, 4. IV, 66, 4. Deinde hoc ipso vocabulo fit, ut hic locus magis etiam spectet ad Thuc. I, 146, quo capite, cum dixisset Thucydides „inter Lacedaemonios et Athenienses, quamvis infestos, nondum apertum bellum esse ortum", hoc loco dicit: „ex hoc tempore aperte foedus erat solutum". Itaque haud iniuria ἤδη codicum verbis inserere mihi videor.

II, 10. (108, 2) ξυγκαλέσας παρεῖναι] in παρεῖναι recte offendit Sintenis (Phil. I, 567) qui παρῆνει mutat et ἔλεξεν omittit; ante eum iam Joh. Sic. hunc locum exscribens, παρεῖναι quod offensionem praebet, omiserat, ex coniectura scilicet, tales enim testes, qualis noster est Johannes, si omittunt verbum aliquod obscurum, quin de consilio omittant, dubium non est. Jam cum duas habeamus coniecturas, Sintenisii et Siceliotae, nemo facile neget, Sintenisii παρῆνει longe praeferendum esse. Ex hac enim coniectura optime apparet, qui codicum corruptela oriri potuerit, quod ex Siceliotae omissione minime apparet. Nam nisi infinitivo παρεῖναι simile quidquam hoc loco a Thucydide scriptum fuisset non intellegeretur, quomodo παρεῖναι,

quod ad totam sententiam non quadrat omnino adscribi potuerit. Servandum igitur est Sintenisii *παρῆνει*.

II, 12. Aristides (II, 175) de Lysandro verba faciens dicit eum fuisse *πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν τοῖς Ἕλλησιν ἄρξαντα*. Mutuata sunt haec verba ex Thuc. II, 12, qui Melesippum dicentem facit *ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει*: deest igitur hic *πολλῶν*. Fortasse hoc ultro addidisse Aristidem aliquis dicat, nec renuerem, nisi etiam schol. Ar. pax 435 Thucydidis totum locum exscribens *πολλῶν καὶ* adderet. Qui consensus cum ita tantum explicari possit, ut in aliquo codice Thucydideo *πολλῶν* illud revera perscriptum fuerit, cumque *πολλᾶ̃ν* ante *μεγάλων* propter *ὁμοιοτέλευτον* facile excidere potuerit, *πολλῶν καὶ* restituendum esse puto.

II, 35. (122, 17) *ἤδη εἰρηκότων* Maxim. Planud., Dionys. Hal. 113, 5, cod. Thuc. C — *εἰρηκότων ἤδη* cett. codd. — *εἰρηκότων* G pr. m. Haec codicum discrepantia docet, iu archetypo superscriptum fuisse *ἤδη*, sed quo loco Thucydidem collocasse censebimus? Herwerdenus (stud. Thucc. p. 28) et Sadée (p. 137 [221]), qui iidem hunc locum tractaverunt a vulgari lectione recedere non audent. Ille dicit: „inversus ordo vocabulorum citatur e Dionysio de comp. verbb. sed cum codd. Thuc. amice conspirat et meus Florentinus (cod. Dion. Hal. plut. LIX. 15) et liber Victorii teste Poppone", hic putat „propter ingratum sonum evitandum (?) *εἰρηκότων ἤδη* retinendum esse". Sed equidem non nego, post *εἰρηκότων* additum *ἤδη* claudicare mihi videri, nam neque *ἤδη* tempus artius definit, nec post *εἰρηκότων* quidquam ad tempus artius definiendum requiritur. Si deesset *ἤδη*, nil requireretur, sin autem omnino usurpatur, nisi ante *εἰρηκότων* collocari non posse videtur, ita ut inter *τῶν* et *εἰρηκότων* inclusum participii vim etiam augeat. Itaque codicis C scripturam amplectendam esse puto.

122, 20 *εἶναι*, quod Maximus omittit, necessarium non est, sed num etiam Thucydides omiserit nescitur, quamquam etiam scholiasta *εἶναι* non legisse videtur: *ἀπὸ κοινοῦ τὸ „ἐμοὶ δὲ ἀρκοῦν ἂν ἐδόκει"*. Haud aliter *νῦν* quoque quod paulo post codices exhibent deesse potest, cum *τόνδε* satis tempus praesens definiat, itaque Maximus re vera omittit. Conferendus est hic locus cum VIII, 73, 4 ubi simile interpretamentum *μέχρι νῦν* ad *ἐς τοῦτο* diu cognitum est, vel I, 143 (100, 4) ubi ὄζων,

quod Sopater exhibet post *μαχούμεθα*, sine dubio glossema est ad *ἐλάσσοσι* adscriptum.

II, 39. (124, 21) *οὐκ ἔστιν ὅπως ἀπείργομεν*] *οὐκ ἔστιν ὅτε ξενηλασίαις ἀπείργομεν* codd. — Scholiastae scriptura neque librarii errore ex nostra depravata esse potest, nec credere licet, eam mutatam esse ex nostra de consilio. Ergo hausit eam scholiasta ex suo codice Thucydideo. Jam quaeritur utra scriptura praeferenda sit. Alias apud Thucydidem *οὐκ ἔστιν ὅτε* non invenitur et dubitandum est, num omnino sit usurpatum, certe Kruegerus dubitasse videtur (§. 61, 5, 5); *οὐκ ἔστιν ὅπως* autem a sermone attico alienum non fuisse, quodvis docet lexicon. Praeterea sine dubio Thucydides non id tantum dicere vult „exsilio alienigenas non arcemus", sed „omnino non arcemus". Nam apparet *ξενηλασίαν* non unicam esse rationem, alienigenas arcere a rebus visu et auditu dignis, sed id ipsum multis aliis modis posse effici. Ergo cum Pericles Atheniensium libertatem atque liberalitatem praedicet et dicat *κοινὴν παρέχομεν πόλιν*, non sufficit, eum afferre hoc argumentum, Athenienses alienigenas ex urbe non pellere, sed dicendum ei est, Athenienses ab omnibus eiusmodi rebus abhorrere, quibus alienigenae possint *ἀπείργεσθαι ἢ μαθήματος ἢ θεάματος*, hoc autem nisi in scholiastae verbis non inest. Itaque puto ea restituenda esse. Nostrorum autem codicum scriptura fortasse ita est orta, ut primum aliquis ad explicandam sententiam superscriberet *ξενηλασίαις*, et ab alio postea *ὅπως* corrumperetur in *ὅτε*.

II, 60. (137, 7) *οἷον ἐπείσθητε*] Nostri codices exhibent *οἱ ξυνέγνωτε* praeter C in quo *ὁ ξυνέγνωτε* legitur. Quod iam supra commemoravi, Sopatri codicem interdum cum CG facere, idem hoc quoque loco reperitur. Nam *οἷον ἐπείσθητε* sine dubio nil est nisi *ὃ συνεπείσθητε*, ergo in Sopatri codice fuit non *οἱ* sed *ὁ* sicut in C est. Deinde quod ad *συνέγνωτε* et *συνεπείσθητε*, hoc rectum esse nequit, siquidem non intellegitur, qui praepositio *συν* in *συνεπείσθητε* ad totam sententiam quadrare possit. Fortasse in aliquo codice super *ξυνέγνωτε* nostrorum codicum superscriptum erat *ἐπείσθητε*, quod statim apud Thucydidem sequitur (137, 16 *πολεμεῖν ἐπείσθητε*), librarius autem in describendo haec duo verba in *συνεπείσθητε* coniunxit.

137, 8 ἥττων εἰμί] *ἥττων οἴομαι εἶναι* codd. — Scripturam

ἥττων εἰμί non Syriani vel librarii errore ortam, sed iam in eius codice Thuc. fuisse, inde concludo, primum, quod Syrianus ex Thucydide quidem locos fere semper diligenter exscripsit, deinde, quod simplici oculorum errore *ἥττων εἰμί* ex *ἥττων οἴομαι εἶναι* oriri non potest, postremo quia etiam alii hunc locum exscribentes ita citant, qui consensus optime explicatur, si iam in aliquo codice Thucydideo *ἥττων εἰμί* fuit: Sopater *ἥττων εἰμί*, Anon. ad status *ἐλάσσων εἰμί*, Minucianus (Rh. gr. I, 417, 16 Sp.) *ἥττων εἰμί*. Ergo et *ἥττων εἰμί* et *ἥττων οἴομαι εἶναι* in codicibus Thucydideis fuit. Jam cum quaeratur, utra scriptura a Thucydide oriunda, utra interpolatori tribuenda sit, mihi dubium non est, quin Thucydides scripserit *ἥττων εἰμί*. Primum quia brevior est scriptura. Qua de re Poppo II, 1, 137 et Roscher, Clio p. 351, 3. Deinde *ἥττων εἰμί* propterea magis mihi amplectendum videtur, quia graviorem causam mutandi praebet. Facile enim fieri potuit, ut alicui grammatico vel alii lectori Pericle non satis dignum videretur, quod dicit *οὐδενὸς ἥττων εἰμί*, sed modestius eum dicentem facere voluit, itaque mutavit. Postremo etiam ex incerta collocatione verbi *οἴομαι* in nostris codicibus Thucc. (*ἥττων οἴομαι εἶναι* CFG — *οἴομαι ἥττων εἶναι* ABD) apparet *οἴομαι* in archetypo superscriptum fuisse. Ergo *ἥττων εἰμί* restituendum esse puto.

137, 9 *περὶ αὐτῶν*] *ταῦτα* codd. — Legisse videtur anonymus in suo codice *αὐτά*, non ut nostri codd. *ταῦτα*, idem quod exhibent etiam scholiasta ad Aristidem *γνῶναί τε καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτὰ* et Lucianus de saltat. p. 800 *γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτά*. Quibus locis aliquis perduci possit, ut *αὐτά* scribendum esse malit, praesertim cum *ταῦτα* in fine collocatum claudicare videatur [1]). At servatur *ταῦτα* ab Antiphonte tetr. II, *β*, 1 *ὧν ἐγὼ χαλεπῶς μὲν τὴν ἀκρίβειαν ἔγνων ἔτι δὲ ἀπορωτέρως διάκειμαι ὡς χρὴ ὑμῖν ἑρμηνεῦσαι ταῦτα*. Quem ad locum Maetznerus adnotat: „pronomen demonstrativum *ταῦτα*, quod Antiphon et Thucydides habent (nam apud Lucianum in eius locum successit *αὐτά*) nihil habet offensionis:

[1]) Jam ante me offendit in *ταῦτα* Huennekes (Progr. von Prüm 1871) qui ad Nep. Them. I, 3 respiciens, ubi de Themistocle dicitur: „celeriter quae opus erant reperiebat, facile eadem oratione explicabat", scribere *vult τ' αὐτά*.

significantius enim illud loquendi genus non de personis tantum adhibuerunt Graeci, sed ad res inanimas quoque transtulerunt". Haud aliter ponitur *ἐκεῖνος*, ubi nos expectamus *αὐτὸς* velut apud nostrum II, 65 (141, 1) de quo loco infra agam, vel apud Isaeum III, 1: *καὶ ἐν χρόνῳ τοσούτῳ ἔχοντος ἐκείνου τὸν κλῆρον οὐδεὶς πώποτε προσεποιήσατο οὐδ' ἠμφισβήτησε τῆς κληρονομίας ἐκείνῳ*, ubi adnotat Schoemann: „pro *αὐτῷ*, quemadmodum non raro demonstrativa pronomina *οὗτος*, *ἐκεῖνος* pro *ἀναφορικῷ* poni solent". Similiter censet Sintenis (obss. critt. in Diodorum p. 12) ad XII, c. 47: *ἐπώρθησε τὴν χώραν καὶ τὰς κατὰ ταύτην κτήσεις ἐλυμήνατο*: „Dindorfius coniecit *αὐτὴν*, quae sane multo usitatior est dicendi ratio. Neque tamen opus est mutatione, nam cum ab aliis scriptoribus *οὗτος* interdum additum reperitur, ubi vel omitti poterat, vel severior usus postulabat *αὐτὸς*, tum vero familiaris est haec dicendi ratio Diodoro cfr. XI, 86". — Negare igitur non licet illo quoque Thucydidis loco pronomen demonstrativum retinendum esse, sed non minus certum est, idem quod nos sentimus, claudicare additum illud *ταῦτα*, iam veterum nonnullis visum fuisse, eosque propterea mutavisse *ταῦτα* in minus durum *αὐτά*.

II, 61. (137, 22) Ad *μεταβάλλετε*, quod codd. exhibent hodie editores aliquid adnotare solent, velut Classen: „*ἐξίσταμαι, τῆς γνώμης* sc., welches Nomen auch bei *μεταβάλλετε* vorschwebt, daher s. v. a. *μεταβάλλεσθε*". Idem iam veteres grammatici adnotavere, itaque Gregorius exhibet *μεταβάλλεσθε*, quod sine dubio superscriptum fuit, idemque etiam Sopater (IV, 318, 21) legisse videtur *τρόπον γάρ τινα λέγει ὅτι μὴ τότε ἐλέγετε ἀλλὰ μεταβάλλεσθε ἐπὶ τοῖς ἅπαξ δόξασιν* et Dio Cass. 38, 44 *ἐγὼ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχω καὶ οὐ μεταβάλλομαι*.

137, 28. Quod Gregorius *μέν* post *ταπεινή* addit fortasse recipiendum est, certe ad *ὅμως δέ* bene quadrat. Neque offendendi causam praebere potest, quod tot verba interposita sunt, nam si omnino inter duo membra coniungenda parenthesin interponere licet, quot verba interposita sint non refert. Ceterum similia exempla haud raro inveniuntur velut p. 159, 14. 162, 15. 173, 34. 342, 18.

II, 62. (138, 30) Num censeamus anonynum id in libro *tertio legisse, quod* nos in altero legimus? Verisimilius est,

eum in libro errasse, quoniam ex memoria citare videtur, qua de re cf. Wilamowitz: curae Thucc. p. 7 adn. 1. Haud aliter censendum est de schol. Ar. Av. 1569 *τοῦτον δὲ τὸν Λαισποδίαν καὶ στρατηγῆσαί φησι Θουκυδίδης ἐν η'*. Duebnerus putat respicere scholiastam ad VIII, 86, falso, quia hoc loco non de duce sed de legato Laespodia dicitur. Respicit scholiasta ad VI, 105, ubi Epidauriorum agros Laespodia duce vastatos esse commemoratur. Erravit igitur scholiasta in numero, id quod iam ante me recte monuit E. Brandes: Obss. critt. de comoediarum aliquot atticarum temporibus (Rostock 1886) p. 36. Idem commisit etiam schol. Aristid. (III, 458, 3 Dind.) Thucydidis enim verba (I, 87 p. 65, 12) *ἐπεψήφιζεν — Λακεδαιμονίων* referens addit: *καὶ Θουκυδίδης ἐν τῇ τετάρτῃ*, quamquam cod. D (Dind.) recte exhibet *ἐν τῇ πρώτῃ*; idemque scholiasta alio loco (ad or. de IV viris p. 520 B Fro.) respiciens ad res de Corcyraeis (IV, 48) relatas, dicit, *ἐκ τῆς τρίτης συγγραφῆς Θουκυδίδου τοῦτο ἔλαβε*, quem in errorem scholiasta propterea fortasse incidit, quod Corcyraeorum bellum civile in libro III. narratum est.

II, 65. (140, 36) *καὶ ὡς ἀσφαλῶς*] *καὶ ἀσφαλῶς* codd. — Ad Aristidis locum, ubi *ὡς* invenitur Reiskius adnotat: „*ὡς* interdum etiam adiungitur adverbiis a gradu positivo deductis". Accedit enim hac coniunctione addita positivi vis prope ad similitudinem gradus superlativi, ita ut *ὡς ἀληθῶς* sit „verissime, mit entschiedener Wahrheit" (Krueger Spr. 69, 65 A. 8) *ὡς ἑτέρως* „ganz anders". Nostro igitur loco vertendum esset „er führte eine massvolle Herrschaft und bewahrte daher den Staat in vollständiger Sicherheit". Dubium non est quin Thucydides *ὡς ἀσφαλῶς* scribere potuerit. Re vera ab eo usurpatum esse demonstrari nequit, quamquam mihi quidem propter *ἐγένετο . . . μεγίστη* superlativum (quocum *διεφύλαξεν . . . ἀσφαλῶς* artissime coniungendum est) verisimile videtur.

141, 1. *ἐπ' αὐτοῦ μεγίστη*] *ἐπ' ἐκείνου μεγίστη* codd. — Per se hoc loco et *ἐκεῖνος* et *αὐτός* pronomen usurpari potest, quaeritur id tantum, quid in archetypo scriptum fuisse censendum sit. Atqui res in hoc capite est de uno eodemque Pericle, cuius nomen non commemoratur, sed qui pronominibus tantum significatur: *ἐπειρᾶτο τῆς ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν . . . ἐν ὀργῇ ἔχοντες αὐτόν . . ἡ πρόνοια αὐτοῦ ἐς τὸν πό-*

λεμον. Cum igitur ceteris locis pronomen αὐτός legatur, nostro est ἐκεῖνος. Sed ne quis propter illos locos putet, nostrum ἐκείνου mutandum esse. Fac enim fuisse in archetypo αὐτοῦ, quomodo inde ἐκείνου ortum esse putemus? nam nec simplici librarii errore ex αὐτοῦ oriri potuit ἐκείνου, nec putandum est, mutasse aliquem de consilio αὐτοῦ quod tam bene ad locos supra exscriptos quadrat in ἐκείνου, cuius mutationis nulla causa apparet. At ex ἐκείνου optime mutari potuit αὐτοῦ a lectore, qui αὐτός pronomen et antea et postea usurpatum legebat. ἐκείνου igitur in codice archetypo fuisse videtur. Similiter pronomina sunt variata I, 132, 5 (ubi cf. Classeni adn.).

141, 2. συνέστη] κατέστη codd. — πόλεμον συνίστασθαι minus usitatum est quam καθίστασθαι (Classen I, 15, 2). Itaque in dubio, apud Thucydidem quidem, praeferendum est id quod rarius invenitur, quia hoc a lectoribus mutatum esse, verisimilius est. Ceterum, cum facile appareat et utrumque hoc loco eodem iure usurpatum et alterum ex altero per librariorum neglegentiam corruptum esse posse, certum nihil affirmare audeo. Idem censeo de VI, 16 (386, 22), ubi schol. Ar. pax προσῆκον exhibet pro codicum προσήκει.

141, 21. Neglegenter describens Sopater in universum huius loci reddit sententiam hisce verbis: Θουκυδίδης περὶ Περικλέους λέγει ὅτι εἴ που ἴδοι τὸν δῆμον παρὰ καιρὸν ὕβρει θαῤῥοῦντα, λέγων κατέπληττεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι καὶ δεδιότων αὖ πάλιν τὸν λόγον ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ τὸ θαῤῥεῖν. Quid sibi velit τὸν λόγον non intellegitur, sine dubio corruptum est, neque id dubium esse potest, unde sit corruptum, scilicet ex τῷ λόγῳ vel τοῖς λόγοις, quae coniectura comprobatur per Aristidem qui II, 119 exhibet: ἀθυμήσαντα δὲ καὶ ταπεινωθέντα ἀναγαγεῖν αὖ τοῖς λόγοις καὶ μεστὸν ἐλπίδων ποιῆσαι. Concedendum igitur est et Sopatrum et Aristidem hoc loco in Thucydide legisse αὖ τοῖς λόγοις. Eodem loco exhibent codices αὖ ἀλόγως vel ἀναλόγως (C). At ἀλόγως supervacaneum videtur, nam παρὰ καιρόν quod idem significat toti enuntiato praepositum, ergo ad utrumque membrum referendum est: παρὰ καιρὸν θαρσοῦντας et παρὰ καιρὸν δεδιότας. Puto igitur ἀλόγως ex alio vocabulo corruptum esse. Quod aliud vocabulum respicienti mihi ad Sopatrum et Aristidem τοῖς λόγοις fuisse videtur, quod λόγοις ad λέγων in priore membro bene quadrat.

Quamvis igitur Sopater verum ipsum non servaverit, tamen veri viam indicavit.

141, 24. *ἴσοι μᾶλλον αὐτοί*] *ἴσοι αὐτοὶ μᾶλλον* codd. praeter C. — Kruegerus adnotat *αὐτοί* hoc loco similiter additum esse, atque ante pronomen reflexivum (Spr. 51, 2, 12). Quam explicationem si amplectimur, apparet, collocationem, quam apud C et Aristidem invenimus multo meliorem esse, quam codicum, quia non solum *αὐτοί* propius accedit ad *πρὸς ἀλλήλους*, sed etiam *ἴσοι* per *μᾶλλον*, quod subsequitur, aptius effertur. Itaque Aristidis scriptura praeferenda videtur, fortasse autem *αὐτοί*, ut alias quoque (qua de re supra ad I, 141 egi) additamentum lectoris est.

V, 15. (325, 27) *μάλιστα δὲ οἱ τῶν δεδεμένων συγγενεῖς ἐνῆγον καὶ ἐσπούδαζον ὡς ἂν εἰρήνη γένηται*] haec verba, quae inveniuntur extremo scholio ad Ar. pacem 479 aliena sunt a nostris codicibus [1]). Atque illo quidem loco, quo tradita sunt a scholiasta scripta esse non posse a Thucydide statim intellegitur. Nam quae secuntur verba *σφαλέντων δὲ αὐτῶν κτλ.* ad Athenienses spectare opus est, ita ut arctissime cum verbis *ἀλλ' οἱ Ἀθηναῖοι — καταλύεσθαι* cohaereant. Ergo inter verba *καταλύεσθαι* et *σφαλέντων* lacuna esse non potest. Sin autem vocabula *μάλιστα — γένηται* quo loco traduntur retineri non possunt, aut a scholiasta addita ergo Thucydidi abiudicanda, aut in alium locum transponenda esse apparet. Atque prius quidem, cum verisimile non est, quia non facile intellegitur, quibus causis commotus Aristophanis scholiasta haec verba ad suam rem minime necessaria addiderit, nisi in Thucydidis libro inerant, tum haec verba *μάλιστα — γένηται* re vera a Thucydide scripta et satis diu servata esse, scholiastae Thucydidis ad hunc locum adscripta docent verba: *ὡς τὸ εἰκὸς οὖν οἱ συγγενεῖς αὐτῶν σπουδὴν ἐποιοῦντο.* Verba *σπουδὴν ἐποιοῦντο* ad rarum illud *ἐνῆγον* explicandum videntur adscripta, lucu-

[1]) Classenus horum verborum vim minus perspexit, cum dicat sola verba *ταῦτα — πράσσειν* accurate esse exscripta, quae iam sequantur ad arbitrium e Thucydidis verbis mutata esse a scholiasta. Nam quae vitia his verbis insunt nisi neglegentia librariorum non irrepsere, verba autem *μάλιστα — γένηται* ex nostris Thucydidis codicibus hausta esse omnino non possunt. Adductus autem est sine dubio Classenus in illum errorem, quod *ἐξυφαιρουμένοις* e verbis *εὖ φερόμενοι* corruptum esse minus perspexit.

lenter autem haec scholiastae verba docent, fuisse illius scholiastae temporibus in Thucydidis verbis aliquid de cognatorum in captivos liberandos studio: nam si Thucydides nullum de hac re dixisset verbum, non appareret qui fieri potuisset, ut eam scholiasta, qui auctoris verba explicat, commemoraret. Cuiusmodi sententia quam requirimus, cum non in nostris codicibus, sed in scholiastae Aristophanis tantummodo verbis servata sit, dubium esse non potest, quin Thucydidis codices hoc loco sint corrupti, a scholiasta autem verba vere Thucydidea tradita sint. Hoc negavit Julius Steup (Rh. Mus. XXV, 273 sq.). Dicit enim ea de causa haec verba Thucydidea esse non posse, quia verbum *σπουδάζειν* alienum sit a Thucydidis sermone, cum alias apud eum non inveniatur (p. 288). Et concedendum est, hoc verbum, ceterum pervulgatissimum nusquam alias a Thucydide usurpari neque intellegi cur hoc uno loco usurpatum sit. Invenimus autem in eodem enuntiato verbum *ἐνάγειν* h. e. urgere aliquid, vel aliquem ad aliquam rem incitare (IV, 21, 3). Quod verbum, cum a ceteris scriptoribus atticis alienum sit, apud unum Thucydidem invenitur, qui fortasse mutuavit ex Herodoto. Cum igitur hoc *ἐνάγειν* ceterum inusitatum Thucydidi proprium esse videatur, nostro quoque loco non ab hoc vel illo lectore, sed nisi a Thucydide ipso scriptum esse non potest. Ita igitur res se habet, ut in eodem enuntiato alterum vocabulum utique Thucydidi abiudicandum, alterum utique ei tribuendum sit, alterum ut enuntiatum deleamus nos moneat, vetet alterum. Apparet autem non solum sane singulariter in eodem enuntiato duo eiusmodi verba arctissime coniungi, sed etiam alterum illud *καὶ ἐσπούδαζον* per se hoc loco prorsus esse supervacaneum, nec si deesset ullo modo requiri. Quae cum ita sint, sine ulla dubitatione hoc affirmaverim, id ipsum *καὶ ἐσπούδαζον* esse delendum. A quonam homine quemque ad finem Thucydidis verbis sit additum docet particula *καί*. Usurpatur enim haec particula ab iis, qui scriptorum verba explicant ita saepissime, ut nobis vertenda sit per „id est". Ita nostro quoque loco res se habet, cum igitur Thucydides scripsisset *μάλιστα δὲ οἱ τῶν δεδεμένων ξυγγενεῖς ἐνῆγον ὡς ἂν εἰρήνη γένηται*, lector quidam, cui *ἐνῆγον* inusitatum videbatur, superscripsit: „hoc est *ἐσπούδαζον*", unde per librarii errorem postea in Thucydidis ipsius *verba insertum est*. — Jam cum appareat, verba a scholiasta

tradita vere esse Thucydidea, supra autem demonstraverimus, ea quo loco tradita sunt retineri non posse, quaerendum est, quem in locum transponenda videantur. Nusquam autem ea aptius a Thucydide scripta esse apparet, quam inter verba *πράσσειν* et *Ἀλλ' οἱ Ἀθηναῖοι*, itaque scribendum esse puto: *ἤρξαντο μὲν οὖν καὶ εὐθὺς μετὰ τὴν ἅλωσιν αὐτοῖς πράσσειν, μάλιστα δὲ οἱ τῶν δεδεμένων ξυγγενεῖς ἐνῆγον* [1]) *ὡς ἂν εἰρήνη γένηται. Ἀλλ' οἱ Ἀθηναῖοι οὕπως ἤθελον* cet. — Qui autem factum sit, ut ex Thucydidis codicibus nullus horum verborum servaverit vestigium, ita fortasse explicari potest, ut sumamus, ea olim in aliquo codice ad marginem adscripta fuisse, unde nostrorum codicum archetypum describens verba omisit, codex scholiastae Aristophanis non omisit quidem, sed falso loco inseruit. —

In calce huius loci liceat paucis verbis redire ad Steupii quam supra commemoravi commentationem, qua demonstrare studet gravissime totam Thucydidis de pace inter Athenienses et Lacedaemonios facta enarrationem (V, 13 sq.) interpolatam esse. Jam ante me Herbst (Phil. Anz. 1873, 50) pauca eorum, quae Steupius vult refutavit, accuratius deinde de singulis locis egit Classenus in editione (cfr. V, p. 6), attamen operae duxi pretium, occasione oblata, paucos eorum in quibus Steupius haesit locos retractare, inprimis eos, quibus ab illis res mihi nondum ad finem videtur perducta. Atque primum quidem offendit Steupius in verbis (V, 13) *κωλυόντων δὲ τῶν Θεσσαλῶν καὶ ἅμα Βρασίδου τεθνεῶτος*, quibus demonstrat Thucydides, qui factum sit, ut Rhamphias, qui Brasidae auxilio missus erat, cum suis domum rediret. Putat enim Steupius gravissimum redeundi causam fuisse priorem (*κωλυόντων τῶν Θεσσαλῶν*), alteram (*καὶ ἅμα Βρασίδου τεθνεῶτος*) minoris fuisse momenti: demonstrare hoc et vocabula *καὶ ἅμα* a quibus soleat res minoris momenti ordiri (p. 273), deinde autem verisimillimum esse Rhamphiam iam antea de Brasidae morte certiorem fuisse factum: ergo cum non statim rediret, mortem Brasidae haud ita gravem redeundi causam esse potuisse. Quodque primum ad *καὶ ἅμα*, Classenus contra Steupium ad hunc locum adnotat: „*καὶ ἅμα*, wie gewöhnlich, einen gewichtigen Grund einführend:

---

[1]) Schol. *ἐνῆγον*] *καὶ ἐσπούδαζον· ὡς τὸ εἰκὸς οὖν οἱ συγγενεῖς αὐτῶν σπουδὴν ἐποιοῦντο.* —

„und da nun gar Brasidas todt war". Zu I, 2, 2 *καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων*". Sed hunc locum cum illo de quo agimus conferri non posse apparet, paululum enim aliter comparatus est, scilicet quia tertium vocabulum inter *καὶ* et *ἅμα* interpositum est, qua collocatione illius vocabuli interpositi vim augeri vix potest negari. Ceteros autem perlustranti mihi locos, quibus *καὶ ἅμα* nullo alio vocabulo interposito usurpatur (quosque collegit Bétant s. v. *ἅμα*) non video, nec qui haec verba minoris, nec qui maioris momenti afferre possint membrum. Sed mihi persuasum est, his vocabulis nihil aliud significari posse, nisi quod nostro „und zugleich", scilicet alterum argumentum plane eiusdem esse momenti atque prius. Aliter (ut iam dixi) censendum videtur de iis locis, ubi, ad tertium vocabulum efferendum, interponitur hoc vocabulum inter *καὶ* et *ἅμα*. — Sed alterum quoque Steupii argumentum nihil valet. Unde enim scit Steupius, iam antea Rhamphiae illum de Brasidae morte nuntium esse allatum? ipse causam non affert: cfr. p. 274. Praeterea miror, qui fiat, ut Steupius hoc loco velit, Rhamphiam de Brasida mortuo certiorem factum non substitisse, cum idem Steupius eadem in pagina dicat, perficiendi id quod Brasidas voluerat ipso mortuo noniam fuisse tempus: „dieser Notwendigkeit (sc. domum redeundi) konnte Rhamphias sich um so leichter fügen, als der Tod des Brasidas ohnehin schon die Expedition zu einer verfehlten gemacht hatte" (p. 274). Si ultra procedere opportunum noniam fuit, cur Rhamphiam processisse putemus? At omnino non est verisimile, Rhamphiam priusquam ad Pierium pervenit Brasidae mortis accepisse nuntium. Fuit enim exstrema aestas, cum Brasidas apud Amphipolim interficeretur et Rhamphias cum suis Heracleae, quae fuit Trachiniorum oppidum, moraretur (*ἐνδιατριβόντων δὲ αὐτῶν ἔτυχε ἡ μάχη αὕτη γενομένη, καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα* ⟨V. 12⟩). Statim ineunte hieme (*τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθύς*) Rhamphias Heraclea profectus est. Ergo inter pugnam commissam et Rhamphiae Heraclea discessum non tantum temporis praeteriit, ut ad Rhamphiam de pugna et Brasidae morte nuntium pervenisse verisimile esset, praesertim cum tantum distaret Amphipolis Heraclea et Thessali, qui intererant, Lacedaemoniis essent infesti. Ergo Rhamphiam non antequam ad Pierium pervenit de Brasidae *morte certiorem esse* factum putabimus.

Secuntur apud Thucydidem verba *νομίσαντες — τὴν γνώμην ἔχοντας*, quae interpolata videntur Steupio. Garrulus enim Thucydides esset habendus, si, quoniam dixit Rhamphiam per Thessaliam transire non potuisse, sed a Thessalis esse impeditum, alias enumeraret causas, quibus Rhamphias, ut domum rediret, esset commotus (p. 274). Sed primum miror, quod non offendit Steupius etiam in verbis *καὶ ἅμα Βρασίδου τεθνεῶτος*, quae sine dubio post *κωλυόντων τῶν Θεσσαλῶν*, si horum verborum sententia esset ea quam Steupius vult, non minus supervacanea et inepta essent addita, quam verba *νομίσαντες* sq. in quibus offendit Steupius. Nam si Peloponnesii per Thessaliam penetrare non possunt, quomodo dici potest, eos propter Brasidae mortem ultro domum redeundum esse censuisse? Praeterea quomodo Steupius explicat hunc locum plane ita comparatum: Dio Chrys. or. II, 1 *ἐτύγχαντε μὲν γὰρ Ἀλέξανδρος στρατευόμενος ἤδη μετὰ τοῦ πατρός· καίτοι τοῦ Φιλίππου κωλύοντος*? Jam cum apparere putem, Steupium verborum *κωλυόντων τῶν Θεσσαλῶν* sententiam non intellexisse, quaeritur quid re vera significent? Scimus autem participium, quod vulgo vocatur temporis praesentis, non minus esse participium imperfecti (Krueger Spr. §. 53, I, 9). Cumque imperfectum, ut G. Hermannus ad Soph. Ai. 1126 dicit, significet: „voluisse aliquem aliquid facere, sed non perfecisse", quis est quin videat, hoc loco per *κωλυόντων* conatus tantum Thessalorum significari? Non igitur vertendum esse puto, „da die Thessaler sie am Durchmarsch hinderten" sed „da die Thessaler sie zu hindern versuchten i. e. sie angriffen". Tum vero quae secuntur causae optime cum prima consentiunt, nam quod Thessali in Lacedaemonios impetus faciebant hos tum demum, ut redirent commovere debebat, cum aliae redeundi causae accederent.

Suo iure offendit Steupius alio loco. Nam quod in c. 14 verba *καὶ τοὺς ξυμμάχους ἅμα ἐδέδισαν σφῶν μὴ διὰ τὰ σφάλματα ἐπαιρόμενοι ἐπὶ πλέον ἀποστῶσι* ad ea quae praecedunt *καὶ οὐκ ἔχοντες τὴν ἐλπίδα τῆς ῥώμης πιστὴν ἔτι ἧπερ οὐ προσεδέχοντο πρότερον τὰς σπονδάς* ut nova causa adduntur ineptum videtur, cum verba *καὶ — ἀποστῶσι* prioris sint sententiae causa tantum et quasi pars, ergo, si Thucydides omnino illud de sociorum defectu addere voluisset, alio loco collocandum fuisset. Neque ipse intellego quaenam

sit ratio verborum *ἐδεδίεσαν — μετεμέλοντό τε*, sed propterea hoc enuntiatum delendum esse minime censeo. Nemo ignorat, Thucydidem operi suo exstremam non attulisse manum, sed historias ab ipso imperfectas ab alio esse editas, nonnulla igitur esse oportere in tali libro, quae inter se non satis respondeant, seu quod scriptor ipse erravit, seu quod editor ea, quae margini vel schedulis erant commendata falso loco inseruit. Itaque multo magis quam Steupii probanda mihi videtur Sauppii opinio, quam quondam benigne mecum communicavit, verba illa esse notam marginalem Thucydidis ipsius, eaque ab editore talia, qualia in Thucydidis invenit manuscripto esse edita.

Verba quoque exstrema huius enuntiati *μετεμέλοντό τε ὅτι μετὰ τὰ ἐν Πύλῳ καλῶς παρασχὸν οὐ ξυνέβησαν* interpolata videntur Steupio. Exponere enim Thucydidem hoc toto capite, quibus de causis Athenienses et Lacedaemonii commoti sint, ut pacem peterent, per hoc *μεταμέλειν* autem nullo modo illius studii causam afferri (p. 278). Ergo delenda esse haec verba. At mea quidem sententia ita fieri solet et hoc naturae hominum consentaneum est, ut is quem alicuius rei male gestae penitet, ob id ipsum aliam rem expetat, itaque fiat, ut ipsa vis penitendi causa sit alicuius rei suscipiendae. Penituit autem Athenienses, quod tum cum bello florebant pacem cum Lacedaemoniis non fecissent; ita enim factum erat, ut ipsi in summam calamitatem inciderent. Quae calamitas ne in dies augeretur, pacem petebant, itaque quod Athenienses pacis antea denegatae penituit, causa fuit, ut iam ardentius eam expeterent. Itaque re vera his verbis Atheniensium pacis studii causa subesse videtur. In iisdem verbis Steupius hoc miratur, quod ad secundam tantum pacis legationem respiciant, quam Lacedaemonii post milites in insula captos, non ad eam, quam interclusis iam militibus miserant. Si Thucydides haec verba scripsisset certe utramque pacis faciendae legationem commemorasset. At fac verba *μετὰ τὰ ἐν Πύλῳ* re vera id significare quod Steupius vult et referenda esse ad secundam tantum pacis legationem, num haec iusta delendi causa esse potest? Primum enim, quoniam Thucydidi sine dubio licuit, quamcumque voluit legationem commemorare, cur quaeramus quibus de causis Thucydides hanc non illam, cur non utramque commemoraverit? Deinde si alterius tantum Lacedaemoniorum lega-

tionis mentionem fecisset Thucydides, nonne propterea id fecisse videretur, quod sine dubio proximae illius occasionis ad pacem faciendam plerumque recordari solebant Athenienses? At verba *μετὰ τὰ ἐν Πύλῳ* omnino non ad certam legationem pacisque faciendae occasionem, sed in universum ad illud tempus respiciunt, quo summa florebant gloria et auctoritate Athenienses, cum feliciter apud Sphacteriam rem gessissent. Qua optima pacis faciendae occasione quod usi non erant postea eos penituit.

Quae in eodem capite (14, 3) leguntur verba *οἱ δ' αὖ Λακεδαιμόνιοι — νεωτερίσωσι* interpolata putat Steupius, cum notius fuerit Lacedaemoniorum pacis studium, quam ut hoc loco uberius de ea re disputaret Thucydides (279). At mea quidem sententia id ipsum, quod Lacedaemoniorum pacis amor notissimus fuit, gravissima causa est quod eius hoc quoque loco mentio fieri debebat. Nam si Thucydides aliis, quos Steupius attulit, locis (p. 279) de hac re verba fecisset, hic autem silentio eam praeteriisset, nonne hunc locum summo iure depravatum suspicaremur, quia rem notissimam non afferret Thucydides? Deinde haec verba propterea interpolata videntur Steupio, quod omnia quae in c. 14, 3 dicuntur iam antea commemorata fuerint, ex illis igitur locis hunc facile interpolatum esse posse. At haec omnia quae in §. 3 commemorantur re vera pacis causas esse negari non potest, cur igitur miremur, eas hoc loco a Thucydide esse allatas? Quod autem iam antea eaedem res gestae uberius enarratae sunt, hoc nullo modo evitari potuit, cum Thucydides totum bellum enarrare sibi proposuisset. Ergo et illis locis, quos Steupius affert et nostro loco quo singulae pacis causae breviter repetuntur, quin eaedem res commemorentur, fieri non potuit. An forte putemus, omnes res, quae in eodem libro bis referuntur, altero certe loco interpolatas esse opertere?

Jam quod ad verba quae secuntur c. 14, 4 *ξυνέβαινε δὲ καὶ — πολεμεῖν* recte Steupius (ut editores) offendisse videtur in vocabulo *ὥστε*, nam quod Argivi inducias cum Lacedaemoniis renovare nolebant nullo modo causa esse potuit, cur Lacedaemonii simul cum Atheniensibus et Argivis pugnare non possent (281). Quapropter hoc enuntiatum varie tentatum est ab hominibus doctis. Atque Kruegerus quidem et Stahlius verba *ὥστε — πολεμεῖν* uncis includunt eaque non ad proximum

enuntiatum, sed ad ea referunt, quae de Lacedaemoniorum calamitate antea dicta sunt, quod quidem Steupio et Classeno auctoribus minime mihi probatur. Steupius ipse mutat *ἀδύνατα* in *ἄφυκτα*, Classenus *ὥστε* in *ὅλως τε*, sed haec verba re vera a Thucydide esse scripta propterea verisimile non est, quod alias apud Thucydidem non inveniuntur. Aliorum quoque hominum doctorum coniecturae cum non recipiendae videantur, alia est via indaganda. Scitissime autem Steupius exposuit, quomodo huius enuntiati sententiae collocatae sint oporteat: „der Waffenstillstand mit Argos war seinem Ende nahe, ohne dass Aussicht auf s. Erneuerung war; Sparta befand sich schon durch den attischen Krieg in sehr bedrängter Lage, daher war ein gleichzeitiger Krieg mit Argos und Athen für es unmöglich. Es musste also vor *ὥστε κτλ.* noch einmal in irgend einer Weise auf die bedrängte Lage Spartas hingewiesen werden" (282). Quod his verbis vult Steupius sine ullo negotio efficietur, si verba *ὥστε — πολεμεῖν* transposuerimus post *ὅπερ καὶ ἐγένετο*. Quod si factum erit optime cohaerebit *ὥστε κτλ.* cum verbis quae antecedunt, verbis enim *τῶν τε ἐν — ἐγένετο* revera significatur „die bedrängte Lage Spartas", neque quidquam praeterea mutandum vel delendum esse apparebit.

Iure quoque offendisse videtur Steupius V, 15, 2 *ἤρξαντο μὲν οὖν καὶ εὐθὺς μετὰ τὴν ἅλωσιν αὐτῶν πράσσειν*. Demonstrat enim Steupius (287) satis multis locis, alias semper apud Thucydidem vocabulum *ἅλωσις* significare non „Gefangennehmung" sed „Eroberung". Quo cum accedat, priorem illam sententiam omnino perraro subesse huic vocabulo (velut Plat. legg. 920 A), non dubito, quin nostro quoque loco sententia usitata sit restituenda. Quem ad finem mutes tantum *αὐτῶν* in *αὐτοῖς* (quae perfacile a librario immutari potuerunt), ita ut ad *ἅλωσιν* supplendum *τῆς νήσου* et vertendum sit: „insula expugnata statim eorum causam agere coeperunt". Saepius autem apud Thucydidem *πράσσειν τινί* („alicuius rem agere") usurpari, facile intelleges ex locis, quos Kruegerus collegit in indice s. v. *πράσσειν*.

Postremo capp. 16 et 17 tota interpolatori tribuenda esse putat Steupius. Atque primum quidem verba *ὁ μὲν διὰ τὸ εὐτυχεῖν τε καὶ τιμᾶσθαι ἐκ τοῦ πολεμεῖν*, quibus exponitur, *quapropter Brasidas* belli fuerit suasor, ea de causa Steupius

vult a Thucydide scripta esse non potuisse, quia his de causis Brasidam voluisse bellum, falsum sit. Nam ex satis multis locis hoc intellegi nihil antiquius habuisse Brasidam, quam ut Atheniensium socios liberaret, ergo hac de causa eum bellum suasisse, minime autem, ut ipse gloriam et honorem adipisceretur. Ergo verba quibus hoc affirmatur a Thucydide scripta esse non posse, praesertim cum omnino indignum sit Brasida bellum cupere *διὰ τὸ εὐτυχεῖν τε καὶ τιμᾶσθαι ἐκ τοῦ πολεμεῖν*: „Scham und Ehrgefühl, die den übrigen Spartanern ganz abhanden gekommen waren bestimmten also Brasidas, nicht das Glück und die Ehre, die ihm der Krieg brachte. Anderenfalls übrigens auch die sichtliche Liebe mit der Thucydides Brasidas sonst behandelt (vgl. Classen zu II, 25, 2) schwer begreiflich wäre". Quod ad haec Steupii verba Classenus respondet: „*διὰ τὸ — πολεμεῖν*, weil er sowohl seine „grossen Erfolge wie das Ansehn, in dem er stand, seiner „bisherigen Kriegführung verdankte, also auch nur durch „Fortsetzung derselben zu erhalten hoffen konnte. Es sind „daher (?) nicht egoistische Absichten (welche durch *ἕνεκα* „nicht durch *διά* ausgedrückt sein würden), sondern die „politische Richtung des Brasidas, welche die Worte bezeichnen" — me non intelligere moleste fero. Equidem facere non possum, quin Steupio concedam, revera hoc loco dici, Brasidam honoris et gloriae adipiscendae causa bellum ducere studuisse. At alia est quaestio, num hoc Brasidae opprobrio esse possit, num omnino possit cogitari, indignum esse imperatore amorem belli, ad honorem et gloriam ex eo adipiscendam? Nonne eum iure ineptum et insanum putaremus, qui milite indignum censeret, in bello honorem et gloriam appetere? At Steupius, qui Brasidam tam pium et probum putat, ut in bello quoque nunquam suum, sed semper aliorum concupiverit commodum, age quid censeat de IV, 108, 4 *τοῦ Βρασίδου ἐφολκὰ καὶ οὐ τὰ ὄντα λέγοντος*? Qui fieri potuit, ut vir ille *κατὰ πάντα ἀγαθός* (IV, 81, 2) omnibusque virtutibus illustris mentiretur? Ergo Steupius sine dubio hunc quoque locum interpolatori suo attribuendum censebit, quia mentiri certe Brasida indignum est „anderenfalls übrigens auch die sichtliche Liebe mit der Thucydides Brasidas sonst behandelt schwer begreiflich wäre". Sed ne priori quidem Steupii argumento plus tribuendum est. Nam primum quidem

id quod Steupius multis verbis demonstrare conatur, quaque in re nititur tota eius argumentatio, Brasidam propterea bellum gessisse, ut Atheniensium socios liberaret, minime constat. Nullum enim Steupius locum attulit, quo Thucydides ipse nudis verbis affirmet, Brasidam re vera id voluisse, sed nihil dicit Thucydides, nisi Brasidam in orationibus ad socios habitis affirmasse, se ad eos liberandos bellum gerere (*ἐν τοῖς λόγοις πανταχοῦ ἐδήλου ὡς ἐλευθερώσων τὴν Ἑλλάδα ἐκπεμφθείη* IV, 108, 2), unde mea quidem sententia minime coniicere licet, Brasidam id quod profitebatur re vera voluisse. Itaque fit, ut nusquam Thucydides dicat, ob socios liberandi voluntatem Brasidam belli fuisse studiosum. Ubi autem in Thraciam eum profectum esse refert (IV, 81, 1) nihil dicit nisi *αὐτὸν δὲ Βρασίδαν βουλόμενον μάλιστα Λακεδαιμόνιοι ἀπέστειλαν*. Quibus ex verbis, si omnino aliquid coniicere licet, hoc certe coniiciendum est, Brasidam eis de causis belli fuisse cupidum, de quibus bellum cupere milites solent, scilicet ut gloriam ex eo adipiscantur atque honorem. Deinde autem eo loco, quo Brasidae oratio refertur ad Acanthios habita, in qua de sociis liberandis dicit, addit Thucydides (IV, 88), fuisse Brasidae verba *ἐπαγωγά* h. e. „ad audientium animos pelliciendos apta". Quamquam igitur non expressis verbis dicit, Brasidam simulasse illud socios liberandi studium, tamen id propterea ex illo verbo concludendum esse puto, quia aliis locis *ἐπαγωγός* (vel quod idem significat *ἐφολκός* cfr. schol. Thuc. IV, 108, 4) semper de rebus falso prolatis usurpatur: VI, 82 *ἐπαγωγὰ καὶ οὐκ ἀληθῆ* V, 85 *ἐπαγωγὰ καὶ ἀνέλεγκτα* IV, 108, 4 *ἐφολκὰ καὶ οὐ τὰ ὄντα*. Itaque meo iure affirmare mihi videor, nostro quoque loco illa verba Brasidae de sociis liberandis *ἐπαγωγά* tantum *καὶ οὐκ ἀληθῆ* fuisse, re vera autem eum bellum gessisse ut c. V, 16 legimus *διὰ τὸ εὐτυχεῖν τε καὶ τιμᾶσθαι ἐκ τοῦ πολεμεῖν*. Sed hoc utut se habet, fac re vera, id quod Steupius vult, Brasidam Atheniensium socios liberare voluisse, nonne cogitari potest praeterea aliis quoque de causis belli cupidum eum fuisse? num haec socios liberandi voluntas omnino pugnat cum belli gerendi cupiditate *διὰ τὸ εὐτυχεῖν τε καὶ τιμᾶσθαι*? Mea quidem sententia optime fieri potest, ut aliquis imperator belli sit cupidus, quia bellando et gloriam atque honorem se adepturum et homines subactos liberaturum esse sperat. Cum *autem ita hominum* natura sit conformata, ut potissimum rebus

quae ad ipsorum commodum spectant moveantur, Thucydides nostro loco huius tantum generis attulisse videtur causam. Postremo autem haec Brasidae belli gerendi causa optime quadrat ad illas causas belli gerendi vel pacis faciendae ceterorum hominum, qui eodem loco commemorantur, Cleonis, Niciae, Plistoanactis, qui quidem omnia ad ipsorum utilitatem et commodum referunt. Similis igitur certe Brasidae causa esse debet. Quo magis censebimus, delendi haec verba nullam esse causam. Tum autem apparet etiam verba, quae ab his seiungi nullo modo possunt, scilicet ea quae de Cleonis, Niciae, Plistoanactis pacis vel belli studio fiunt non esse delenda. — Reliquos, in quibus Steupius offendit, locos accuratius tractare mihi non est in animo, sed etiam in illis observari potest, Steupium in difficultatibus indagandis saepe nimis argute procedere et nonnullos quos putat corruptos locos revera nullam nec delendi nec mutandi praebere causam.

Jam cum ad finem huius commentationis pervenerimus, conducat breviter enotare eos locos, quibus a Bekkeri textu recedendum esse putavi:

I, 5. (18, 24) *καὶ μέχρι — ἤπειρον* (27) deleo.

6. (18, 33) inter *νεμόμενα* et *τῶν* interpono ex c. I, 5 (18, 26) *περί τε — ἤπειρον* (27).

6. (19, 2) *διὰ τὸ ἁβροδίαιτον* deleo.

6. (19, 4) *συναναδούμενοι* pro *ἀναδούμενοι.*

8. (19, 34) *συντεθαμμένων* pro *συντεθαμμένῃ.*

32. (34, 10) *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* pro *ὦ Ἀθηναῖοι.*

33. (35, 22) *τε* insero post *δυναμένους.*

70. (55, 3) *ἃ ἂν* pro *ὃ ἂν.*

75. (58, 29) *ἄξιοι δοκοῦμεν ὑμῖν* pro *ἄξιοί ἐσμεν.*

78. (61, 3) *δίκῃ διαλύεσθαι* pro *δίκῃ λύεσθαι.*

115. (80, 5) *Μέγαρα καὶ* ante *Νίσαιαν* addo.

141. (97, 29) *ἐν τῷ κοινῷ χρήματά ἐστιν* pro *ἐν κοινῷ χρήματά ἐστιν αὐτοῖς.*

II, 7. (105, 30) *ἤδη* insero post *λελυμένων.*

12. (109, 27) *πολλῶν καὶ* ante *μεγάλων* addo.

35. (122, 17) *ἤδη εἰρηκότων* pro *εἰρηκότων ἤδη.*

39. (124, 21) *οὐκ ἔστιν ὅπως ἀπείργομεν* pro *οὐκ ἔστιν ὅτε ξενηλασίαις ἀπείργομεν.*

49. (130, 27) *ἔσειε* pro *ἀνέστρεφε.*

NOV 10 1981

Gt 55.597
Thucydidis Historiarum memoria quae
Widener Library 006913814
3 2044 085 174 761